Quare non oẽ patitur ab omni, neqꝫ oẽ faciat in omne ſm Philoponum. fo.59.b.
Quare poſſit ſe mouere aliquid in loco per ſe, ⁊ nihil alterare vel augere ſe per ſe. fo.61.i.
Quare ignis in propria ſphęra non lucet cum extra luceat. fo.87.h.

### ℭ Queſtiones primi libꝛi.

Vtrũ gñatio ⁊ corruptio, gñabile ⁊ corruptibile augumentatio ⁊ alteratio ſint ſubiectũ in libꝛo de generatione ⁊ corruptione. fo.1.a.
Vtrũ de corruptibilibus poſſit haberi ſcia. fo.1.a.3.h.
Vtrũ corruptio ſit res naturalis. fo.2.g.3.i.
Vtrũ re corrupta ſcia illi⁹ remanere poſſit. fo.2.h.3.k.
Vtrũ in poſitiõe Democriti hęc poſſit ſtare, ꝙ coꝛpoꝛa q̃ ſunt rerũ ꝑ̃ncipia ſint indiuidua ⁊ figurata. fo.6.c.
Vtrũ aliquid poſſit ſimpl'r gñari ⁊ corrũpi. fo.7.q.
Vtrum generatio ſit in inſtãti vel in tempoꝛe. fo.9.i.
Vtrum ſi generatio eſt impoſſibilis, alteratio quoqꝫ impoſſibilis ſit. fo.9.o.
Vtruꝫ generatio ſimpliciter poſſit cõpetere. cui nõ competit motus ſimpliciter. fo.11.d.
Vtrum omne qꝺ apparet, ſit. fo.11.f.
Vtrũ coloꝛ habeat eſſe fixũ ⁊ reale, fo.13.a.
Vtrũ quantũ fiat ex nõ quanto. fo.14.p.
Vtrum ſi darentur Democritica coꝛpoꝛa, illa eſſent ꝑ̃ncipia. fo.15.k. ⁊. 16.f.
Vtrũ ſi daret̃ democritica coꝛꝑa, eẽnt ꝑ̃n ͣ coꝛpoꝝ. f.15.l
Vtrũ continuũ (vt linea) cõponat̃ ex pũctis. fo.15.p.
Vtrũ coꝛp⁹ q̃tũ ⁊ cõtinuũ ſit diuiſibile in infiᵐ. fo.18.f.
Vtrũ coꝛpus ſit diuiſibile ſupꝛa oẽ ſignuꝫ, vel ſm quodcunqꝫ ſignum. fo.18.l.16.l.
Vtrũ generetur aliquid ſimpliciter ⁊ corrũpatur, vl' nõ, ſed ſoluꝫ ſcðm accidentia. fo.20.k.l. in textu.
Vtruꝫ aliquid ex nõ ente ſimpl'r poſſit generari. fo.21.f.
Vtrũ agens poſſit redigere aliquid in nihil. fo.21.i.
Vtrũ materia poſſit eſſe abſqꝫ foꝛma. fo.21.q.
Vtrũ aliquod agens naturale poſſit ex nihilo aliquã foꝛmã generare vel pꝛoducere. fo.22.f.
Vtrũ corruptio vni⁹ ſit gñatio alteri⁹, ⁊ eꝯ̃. fo.24.e.
Vtrũ ſubſtãtia ſuſcipiat magis ⁊ minus. fo.27.i.28.d.
Vtrũ magis ⁊ min⁹ poſſint eẽ in accñ̃tib⁹. fo.27.m.28.d
Vtrũ ꝑ̃ncipiũ perpetuę gñõnis ſit materia. fo.29.o.
Vtrũ oẽ qꝺ gñatur, ex ente in põ fiat. fo.30.a.
Vtrũ in gñatione ſimpl'r dicta, fiat ex parte foꝛmarum ſubſtãtialiũ reſolutio vſqꝫ ad mãm primã. fo.31.q.
Vtrũ det̃ foꝛma coꝛpoꝛeitatis eadẽ numero in generato ⁊ corrupto fo.32.a.
Vtrũ dent̃ plures foꝛmę partiales ſimilariũ. fo.32.a.
Vtrum aliquid accidens vnuꝫ numero maneat in geneto ⁊ corrupto. fo.33.e.
Vtrum idem effectus numero, poſſit a quolibet pluriũ agentium generari. fo.34.h.35.p.
Vtruꝫ vna foꝛma numero poſſit in diuerſis materꝗs numero totalibus ineſſe. fo.34.k.
Vtrũ in quolibet pluriũ inſtãtium, idẽ numero gñabile datum poſſit generari. fo.34.p.36.a.
Vtrũ foꝛ ͣ coꝛꝑeitatis dĩat ſꝫ rẽ ab aĩa itellectiua. f.35.g.
Vtrũ mã poſſit ſcðm eẽ ſeparari a magnitudinib⁹. fo.38.h.
Vtrũ in eodẽ coꝛpoꝛe ſint p'tes mãę coextẽſę. fo.38.i.
Vtrũ mã ex q̃ coꝛp⁹ auget̃, ſit po ͣ coꝛpus. fo.40.g.
Vtrũ id qꝺ auget̃ ſit potentia magnitudo. fo.40.h.
Vtrum id augeatur, cui ſit additio, vel id quod additur. fo.42.b. in textu.
Vtrũ cibus aliqñ alteret illud in quo eſt virtus auctiua, aut ſolũ ⁊ ſemper alteret̃ ab illa virtute. fo.43.f.
Vtrũ in augumẽto foꝛma ſubſtantialis prioꝛ ſit termin⁹, vel quę de nouo gñatur. fo.45.m.47.d.
Vtrũ mã carnis augeatur. Eſt q̃ſitũ Philop. fo.46.h.
Vtrũ mã in qua foꝛma augetur, tꝑis interuallo, tãdẽ tota ſit reſoluta permanente adhuc ipſa foꝛma in materia. eſt quęſitum Philopo. fo.46.l.
Vtrũ auctio ſit generatio. fo.49.a.52.e.
Vtrũ cuilibꝫ qꝺ auget̃, q̃lꝫ ꝑs aucti ſit aucto. f.49.g.52.i.
Vtrũ in auctione maneat idẽ totũ añ ⁊ p⁹. fo.49.n.52.l.
Vtrũ auctio fiat ſm ꝑtes foꝛmales tm̃. fo.50.b.52.n.
Vtrũ caloꝛ nãlis agat in humiduꝫ nãle reſoluẽdo ipſum cõtinuo vſqꝫ ad finẽ vitę naturalis. fo.51.a.
Vtrũ auctio ſit motus cõtinuus. fo.51.f.52.h.
Vtrũ rarefactio ſit augumentatio. fo.51.k.
Vtrũ omne agens agat ꝑ cõtactum. fo.56.e.
Vtrũ agens naturale foꝛtius ⁊ citius agat in partem ꝓpinquam, q̃ꝫ in remotam. fo.56.h.
Vtrum quęlibet ſignificatio tactus dicat̃ tactus principaliter dictus. fo.56.l.
Vtrum aliquod coꝛpus poſſit tangere aliud coꝛpus et non tangi ab illo. fo.56.m.
Vtrũ icoꝛpoꝛeũ poſſit tãgere coꝛꝑeũ ⁊ nõ tãgi. fo.56.m.
Vtrũ omne faciens, in faciendo repatiatur, ⁊ omne qꝺ patitur in patiendo reagat. fo.59.g.
Vtrũ in coꝛꝑe ſint poꝛi deterⁱⁱ. fo.67.k. Quęſitũ ẽ Phil.
Vtrũ idem poſſit agere in ſeipſum. fo.68.b.
Vtrũ ſil'e poſſit agere in ſibi ſimile. fo.68.i.69.q.
Vtrũ caliditas realis poſſit ſe augere ꝑ antiperiſtaſim, hoc eſt, ꝑ aſſiſtentiã ꝯ̃rꝗ. fo.68.q.70.f.
Vtrũ virtus vni taſit foꝛtioꝛ ſeipſa diſperſa. fo.69.a.q.
Vtrũ duo lumina e diuerſis luminoſis effluxa, in mediũ faciant vnum intenſius. fo.69.c.
Vtrum oẽ agens in agendo repatiat̃. Eſt quęſtio de reactione vtillima. fo.69.d.70.h.
Vtrũ oẽs qualitates primę ſint ęqualiter, actiuę, ⁊ ęqualiter reſiſtitiuę. fo.69.l.
Vtrũ agẽs quod agit in paſſiuꝫ poſſit repati ab illo, ſi mediet aliquid. fo.69.m.
Vtrũ cũ ſil'ib⁹ in gradu ſtet ſil'itudo potẽtiaꝝ. fo.70.b.
Vtrũ ſi cal'm vt. 8. agat in frigiduꝫ vt vnum, repatiatur ab illo. fo.70.p.
Vtrũ foꝛᵉ el'ntarię poſſint itẽdi ⁊ remitti. fo.74.k.76.k.
Vtrũ el'nta remaneãt foꝛmal'r in miſto. fo.75.d.76.n.
Vtrum miſtio ſit poſſibilis. fo.75.k.

### ℭ Queſtiones ſcði libꝛi.

Vtrũ mã ſit ſeparabilis ab omni ꝯtrarietate. fo.78.l.m.
Vtrũ materia ſit ſubiectũ contrarioꝛum. fo.79.c.
Vtrũ primę q̃litates ſint tm̃ quatuoꝛ. fo.83.b.



Cur.

Utrũ quatuor qualitatũ due actiuę ſint, vt calidũ ⁊ frigidum ⁊ due paſſiuę, humidũ ⁊ ſiccũ. fo.83.b.
Utrũ miſtũ diſſimilare ꝑoſſit eſſe ꝑpetuũ. fo.84.e.
Utrũ alię qualitates pręter tangibiles poſſint elementis ineſſe. fo.84.p.
Utrũ ſit in rerũ natura elemẽtũ, aliquid purũ, ſeorſum a quocunq; alio. fo.86.h.n.88.m.
Utrũ tm̃ quatuor ſint elemẽta. fo.87.c.89.d.
Utrũ caliditas ignis ⁊ caliditas aeris ſint eiuſdez ſpeciei ſpecialiſſimę. fo.87.l.89.f.
Utrum in elemẽtis ſint ponẽdę qualitates virtuales diſtinctę ab actualibus. fo.87.m.
Utrũ elemẽtum qđlibet limitet ſibi ambas primas qualitates in ſummo. fo.87.p.89.g.
Utrũ leuitas aeris ⁊ ignis ſint eiuſdẽ ſpẽi. fo.88.f.89.k.
Utrũ cal'itas poſſit in infi^m itẽdi in q̃ztũ cal'itas. fo.88.n.
Utrum elementi puritas, penes illius ſimplicitatem ſuſcipiatur. fo.88.n.
Utrũ caliditas vt cal'itas poſſit in infi^m remitti. fo.88.n.
Utrum quodlibet elemẽtũ poſſit immediate in quodlibet tranſmutari. fo.93.q.94.n.
Utrũ in hñtib⁹ ſymbolũ facilior ſit trãſit⁹. fo.84.e.94.q.
Utrum ex duobus elementis diſſymbolis tertium contingat generari. fo.94.g.95.c.
Utrum elementum contrariũ ꝑ duas qualitates alteri elemento contrario, ꝑ duas magis reſiſtat, q̃z contrarium per vnã cõtrario per vnam. fo.95.d.
Utrum vno elemento poſito vltra quatuor, vna ponat contrarietas. fo.97.d.
Utrum ſi infinita eſſent elementa, infinitę eſſent qualitates ⁊ contrarietates. fo.104.l.
Utrũ ſi infinitę eẽnt ꝯrietates aliqđ gñaret. fo.104.n.
Utrum ſi infinitę eſſent qualitates, vnum tantum eſſet elementum. fo.104.q.
Utrum oĩa nutriant ex oĩbus elementis. fo.105.a.
Utrũ inter el'nta ſolus ignis nutriat. fo.105.f.107.a.
Utrũ q̃litates primę, ipſę q; ſubales formę el'ntarię ſint ꝑ ſe ⁊ p̃ncipales cãę effectiuę miſtiõis. fo.105.h.107.a.
Utrũ ſit poſſibile nãliter dari miſtum, vel contemperamentum ęquale ad pondus. fo.105.n.107.c.
Utrum pręter complexionem in miſto ſint alię qualitates elementarię. fo.107.b.
Utruz ab aliquo agente non variato nec tranſmutato poſſint imediate progredi plura ⁊ diuerſa. fo.109.p.
Utrum generatio ⁊ corruptio ſint ꝑpetuę. fo.113.c.
Utrum ſolũ cõtrarium ſit cã corruptionis. fo.113.g.
Utrũ vita humana poſſit ꝑpetuari vl' ꝓlõgari. fo.113.n.
Utrum cuiuſlibet ſubſtantię corruptiuę ſit determinatus periodus ſuę durationis ad maximum ſcilicet ⁊ minimum. fo.114.b.

Finis.

# EVTYCHI AVGVSTINI NIPHI MEDICES PHILOSOPHI SVESSANI, QVAESTIO DE SVBIECTO LIBRORVM ARISTOTELIS DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE.

A

p^a q̃ŏ ď ſubiecto.

Arg^{ts} ꝑ ꝑte nega^{ua}.

ANTEQVAM igitur ad textus commentationem deſcendam. In generali quęri ſolet, primo de ſubiecto huius ſcientię, vel huius partis naturalis philoſophię. Et videtur ꝙ generatio ⁊ corruptio, generabile ⁊ corruptibile, augmentatioque atq; alteratio non ſint ſubtũz huius partis philoſophię, vt Ariſtoteles dicere videtur. ¶ Primo, quia ſubiectum debet eſſe vnum 4° metaph.tex.com.primi.⁊ primo poſteriorũz. hęc non ſunt vnum. igitur non ſunt ſubiectum. ¶ Secundo, nulla ſcientia probat ſuum ſubiectum eſſe. primo phyſi.cõm.vltimo.⁊.12.metaphy.commẽ.5°.⁊ alibi. Sed Ariſtoteles probat cõtra antiquos generationem eſſe. igitur non eſt ſubiectum. ¶ Tertio, quod alteri accidit non eſt ſubiectum, ſubiectum.n. eſt quod alijs ſubijcitur: vt in prędicamentis dicitur. generatio alteri accidit: vtpote enti mobili vl' corpori mobili ad formam. igitur non eſt ſubiectum.

B

ꝑ ꝑte affirmatiua.

¶ In contrarium eſt Alexan.⁊ Philopon⁹ 2° poſteriorum. vbi volunt id eſſe ſcientię ſubiectum: a quo liber inſcribitur. Sed hic liber a generatione inſcribitur. igitur ⁊ generatio erit hic ſubiectum.

Pŏ cõis oĩuz latiorꝫ

C

Arg^m poſitionis.

¶ Circa hanc quęſtionem, poſitio communis fere omnium eſt ſubiectum pręſentis libri eſſe vel ens mobile ad formaz: vt placet magis expoſitori primo. vel corpus mobile ad formam: vt placet nouo expoſitori. ⁊ Alberto. ¶ Horum argumentuz potiſſimum eſt: quia quemadmodum pars ſub toto continetur: ſic ſubiectũ partis ſub ſubiecto totius: ſʒ ſubiectum totius ſcientię naturalis eſt vel ens mobile vel corpus mobile. igitur erit huius partis ſubiectum id quod continetur ſub illo tale eſt ens mobile ad formam vel corpus mobile ad formam. ¶ Sʒ quęrent iuniores quid corpus mobile. quoddam dicitur ad vbi vel locuz, de quo in libro cęli agitur. Ibi eniz de cęlo ⁊ elementis pertractatur, vt mobilia tantum ſunt. ⁊ nullo modo generabilia. de cęlo quidem vt circulo fertur. de cęteris vero, vt vel a medio vel in medium mouentur. Aliud dicitur corpus mobile ad formam. de quo agitur hic. nam de corpore agitur mobili vt generatur, cuius termin⁹ eſt ſubſtãtia, vel alteratur, cuius terminus eſt qualitas, vel vt augmentatur cuius termin⁹ eſt quantitas. modo conſtat terminos hoſce eſſe formas. ¶ Sʒ contra, quoniã vbi eſt forma, vt tradit auctor ſex principiorum. Eſt enim forma communis omnibus ſex principijs. de quibus agitur ibi. quorum vnum eſt vbi. ¶ Dicunt ꝙ per formam expoſitores volunt intelligere ſubſtãtiaz. Modo generatio ⁊ corruptio ſunt ad ſubſtãtiam per ſe ⁊ principaliter, at alteratio ⁊ augumentatio diſpoſitiue. igitur per formam bene intelligunt ſubſtãtiaz. Solus autem motus localis eſſe poteſt ⁊ non ad ſubſtãtiam. 12. metaphy.com.41. ¶ Uel aliter dicunt, ꝙ per formaz expoſitores volunt intrinſecam formam. At vbi non eſt intrinſecum, ſed extrinſecus adueniens ⁊ potius in locante, quaz in mobili ipſo. hęc ſunt, quę iuniores ſentiunt de ſubiecto huius libri, ⁊ quę adijciunt pro illius declaratione.

Nõ qđ eſt ens mobile ad for^{am}

D

Replica.

Rñ°.

Rñ° 2^a

E

Impugñtio

Quid ſubꝫ

¶ Sʒ (pace horum dixerim) hęc ſunt aliena a peripateticorum mente. primo peccant in verbo ſubiecti, quia ſemper gręci ſubiectum id eſſe dicunt, quod prędicato ſubijcitur. vt Simplicius in prędicamentis ait. ⁊ Themiſtius in primo poſteriorum. modo ens vel corpus mobile ad formam non ſubijcitur huic philoſophię naturalis parti. nam hęc falſa eſt, corpus mobile ad formam eſt ſcientia de generatione hanc etiam ⁊ doctiſſimus Boetius aſſerit in prędicamentis. textu. quando alterum de altero prędicatur. vbi quid ſubiectum ſit, quid ve prędicatum, ⁊ de ſubiecto tali modo minime loquitur. ¶ 2° peccant in re, quoniam intentio ⁊ ſubiectum, ſiue magis latine, ⁊ materia idez, vt Ammonius in primo de interpretatione. Sʒ intentio huius libri eſt de generatione, vt dicit Auerro. in principio cõmenti. igitur generatio eſt ſubiectum vel materia. Amplius per ſubiectum ſiue materiaz liber differt a libro. Secantur eniz ſcientię vti res de quibus ſunt, 3° de anima. Sʒ liber iſte differt a cęteris, quia hic de generatione eſt, at liber ď cęlo eſt de cęlo. vt dicit Simplicius in libro cęli. igitur generatio eſt materia. ¶ Et lʒ in re hac demonſtrationes ſpectari non debeãt, ſed ſatis ſint coniecture, tamen ſectando modum tradendi gręcorum, vt Alexandri, Simplicij, Philoponi, necnon Themiſtij, ac Boetij. dico ꝙ loquendo de ſubiecto, quod prędicato ſubeſt, vt dicit Boetius vel per ſe, vt Socrates homini. ⁊ homo animali, vel per accidens eſſentiale. vt homo riſibili. ⁊ equus hinnibili, aut per accidens contingenter. vt homo albo. ⁊ Socrates nigro. ſic tot ſunt ſubiecta, quot prędicata, at prędicata tot, quot quęſita, vt 2° poſteriorum traditur. Utrum vero omnibus his detur vnum ſubiectum commune, quod de omnibus prędicetur. Dici poteſt ꝙ ſic. ſiue illud ſit ens vel corpus mobile ad formam, ſʒ non debet dici ſubiectum libri vel ſcientię, ſʒ primum prędicatuz ſubiectorum. ⁊ primum ſubiectuz primę ⁊ cõiſſimę paſſionis. ¶ Ex his ſequitur ꝙ quęſtio de ſubiecto libri eſt nulla. melius enim de prędicato conſideratorum libri debet eſſe, vt gręce loquar. vel de ſubiecto primi ⁊ cõiſſime accidentis. ¶ Si vero loquimur de intentiõe libri, quam noſtri latine materiam vocant, dicerem materiam pręſentis libri eſſe generationem. Hanc eni Ariſt. intendit, ⁊ ab hac librum inſcribit. Et per hanc etiam hic liber differt. Quare hęc vera erunt. primum prędicatum in hoc libro eſt ens vel corpus mobile ad formam. Amplius materia eſt generatio. hęc eadem ⁊ intentio, cum cętera huius gratia intendantur.

F

2° error.

Pŏ ꝓpria.

G

An vnũ cõmũe ꝓmũ detur.

ꝯ iuniores

Quę mã libri.

H

¶ Tunc ad argumenta facta in quęſtionis principie. ¶ Ad primum argumentum concludit illa omnia non eſſe ſubiectum libri. ſʒ bene ſubiecta, de quibus colligitur prędicari vnum quoddam, quod ens mobile ad formam appellant. ¶ Ad ſecũdũ. Auerroes in primo phyſicę auſcultationis.cõm.vltimo. voluit ſubiectum

Solũones argumẽtorꝫ

Ad ꝓmũ

Ad 2^m

I non probari eſſe in ſcientia, cuius eſt ſubiectū, vt .12. metaph. cōmen. 5°. Immo nec ſpecies ſubiecti, ſed ambo eſſe ſupponi debet, at principia ſubiecti demōſtratione ſigni probari poſſunt eſſe. Accipit enim ſubiectū ꝓ primo prędicato oīuz eoꝝ que ſubyciunt̄ q̄ſitis ⁊ ſpecies ſubiecti ſumit pro p̄mis partibus ſubiecti, vt 2° de aīa. cōmen. 27. at gręci opinarentur ꝙ libri intētio bene pōt ꝓbari eſſe. vt in libro elenchorum ſophiſticuz eſſe. in libro phyſicorū motum eſſe. Uerum non ꝑ habitum libri. ſed fortaſſe altioris partis. ¶ Sed quęres cur ſubiecti ⁊ ſpecierum ſubiecti principia poteſt probari eſſe in ſcientia. ſed ſubiectū vel ſpecies ſubiecti eſſe minime apud Auerroem. Dici poteſt, q2 apud eum ſubiectum eſt primo notuz in ſcientia. ⁊ id quo cętera certificant̄. nihil enim eſt in ſcientia quo ſubiectuz

Probl'ema dubitatio ī doctrina Au̅.

K certificari poſſit, ſpecies vero ſubiecti, quia ſunt omnibus modis idē cum ſubiecto. ⁊ ſubiecti exiſtentia. eſt vna cum ſpecierum eſſe. at principia habent quid notius ſaltez quo ad nos, vt ipſum ſubiectū ⁊ partes eius ⁊ alia multa virtute ſubiecti primi. Quia igitur ſubiectum non poteſt notificari per aliud prius eo in ſcientia. quia eſt primuz, nec ꝑ aliud poſterius. quia omne poſterius certificatur per ipſum tāquā per primo notum in ſcientia, igitur eſt indemōſtrabile omnino. Principia autem quoniam habent quid notius ſaltem quo ad nos. vt ſubiectum ipſum ⁊ cętera ꝓpter ſubiectuz, ideo fieri poteſt vt demonſtratione ſigni ⁊ ab effectu declaretur eſſe. Gręci vero non habent ꝓ incongruo intentionem libri demonſtrari a priori ⁊ poſteriori in ſcientia, ſiue per habitum eius, ſiue altioris partis. eo

L quia contingit ſępe libri materiam ſiue intentionem eſſe paſſionem, cuius eſſe eſt in eſſe, vt in ꝓpoſito. ⁊ hęc ignorant recentiores. ¶ Ad tertium ſolutio patet, generatio enim non eſt ſubiectum, ſed vel materia vel intentio. ⁊ hęc poteſt eſſe accidens, vt materia quarti phyſicę auſcultationis eſt tempus, quod alteri accidit. Hęc de ſubiecto.

Ad 3^m

## ¶ Incipit expoſitio ſuper libros de generatiōe ⁊ corruptione Ariſtotelis ędita ab Eutycho Auguſtino Nipho philoſopho Sueſſano, vna cum tranſlatione textus ipſius Ariſtotelis Antiqua recognita, necnō ⁊ alia etiam noua ab eodem Auguſtino Sueſſano elaborata.

Anti. cō. 1.

M De generatione autez ⁊ corruptione, natura generatorum ⁊ corruptoruz quodam modo omnium ⁊ cauſas diuidendum, ⁊ rationes earum determinandum. amplius de alteratione ⁊ augumentatione, quid vtraqz ⁊ vtrum exiſtimandum ſit eandem eſſe naturā generationis ⁊ alterationis, an ſemotā, vt determinatę ſunt ⁊ nominibus.

Dilucida°. te. c. eiuſdē

De generatione vero ⁊ corruptione, de natura generatorum ⁊ corruptorum. Similiter de omnibus, ⁊ cauſas, ⁊ eorum rationes diuidendum. Amplius autem de incremento, ⁊ alteratione, quid ambę, ⁊ vtrum aſſerendum eādem eſſe naturam alterationis ⁊ generationis, vel diuerſam, quemadmoduz ⁊ nominibus diſcrepant. N

Cōmentariuz p̄muz. Exordiū.

HIS ACCEPTIS generatiz, cōſequēs eſt, vt ad textus commētationem condeſcendamus. ⁊ licet expoſitores latini. vt Thomas. ⁊ Egidius librum hunc ſatis aperte expoſuerint, vt quaſi temerarium videatur me eis vel addere, vel diiudicare, tamen quia multis in locis aliter ſentio. vt ex vera trāſlatione Ariſtotelis declarare enitar, dereuimus quędam de noſtro agello adycere quę lectores non approbent, nec iprobent effectu, vt quidam ignari agunt, quorum nullus vnq̄z ꝑfici potuit. Oēs itaqz hac parte ꝯſentiunt Ariſtotelez p̄accepiſſe dicendorum intentionem, veruz quę ſit illa, differunt. ¶ Auerroes ſua in paraphraſe ſentire videtur. intentionem primam eſſe de cauſis generatoruz ⁊ corruptorum. itēqz ⁊ alterabiliū. ⁊ augumentabiliuz. Secunda intentione ponit eſſe dicendum ⁊ de vniuſcuiuſqz horum definitione. atqz an differunt generatio ⁊ alteratio. Sic itaqz Auerroes primam libri intētionem dicit eſſe de cauſis horum. ¶ Nouus expoſitor Ariſtotelem tria intendere ſentit. Primum, quid generatio ⁊ corruntio, Secundum, quę natura generatoꝝ ⁊ corruptorum. Tertium, quę ⁊ quot cauſę ⁊ rationes generabilium ⁊ cęterorum. Hęc enim tria dicit eſſe primo intenta. Secundo autem ⁊ quaſi annexa ſunt duo Quorum primum eſt quid alteratio quidve crementum ſint Secundum vero ait. Sicut generatio ⁊ alteratio nomine differūt, ita re, ita vt ſint multiuoca, ⁊ diuerſiuoca. ¶ Uidetur autez mihi ꝙ id p̄mo ⁊ pręcipue intendatur, a quo eſt totius libri inſcriptio, qm̄ quidē inſcriptio libri (teſte Alexandro) a principaliori ac potiori fiat. Inſcribitur autem de generatione ⁊ corruptione hic liber in gręco. quare hęc tantū primo intendentur. Ueruz q2 accidens non poteſt cognoſci, niſi cognoſcatur ſubiectum, ⁊ cauſa, ⁊ ea quę ſibi videntur per ſimilia. conſequenter opz transigere de natura gn̄atorum ⁊ corruptorū, quę ſunt ſubiecta generationis ⁊ corruptionis. Itēqz ⁊ cauſas ſimiliter oīum ⁊ rōnes, ſiue ſint definitiones, ſiue deſcriptiones, quādo quidem ſcire ſit ꝑ cauſas cognoſcere. Inſuper opz ⁊ cognoſcere ea q̄ gn̄ationi ⁊ corruptioni ꝯſimilia ſunt nam ⁊ cognitio perfecta eſt, ⁊ quę per ſimile, ⁊ diuerſum fit, propterea oportet ⁊ de incremento, ⁊ alteratione aſſerere. Ut ſciamus an differant a geratione in re. vt differunt nomine. ¶ Laborant Egidius ⁊ cęteri quid Ariſto. per cauſas, ⁊ quid per rationes ſentit. ⁊ pace ſua vacillant. Nam vt Themiſtius primo poſteriorum tradit, duplex poteſt rei cognitio haberi. altera quidem demōſtratione, quę cōplexa nūcupat̄. altera definitione, quę ſimplex dicitur, cōplectens itaqz Ariſto. vtraſqz ait. ⁊ cauſas ⁊ earum rationes diuidendum, cauſas quidem dicens ad demonſtratiuam ſciētiam horum. rationes vero ad definitiones, q̄zq̄z ⁊ definitio ⁊ demonſtratio ambę per cauſas ędantur. vez vt vtraſqz innueret, vſus eſt nominibus differētibus. Sic igitur patet quid ſit intentio p̄ma. ¶ Uerū aiaduerte ꝙ primitas apud Auerroem duplex eſt. cognitione, ⁊ executione, vt .7. meta. cō. 23. primitate cognitionis Ariſtoteles primo intendit de generatione. Et ab hac librum inſcripſit. primitate vero executionis ⁊ tractatus pręintendit cauſas, ⁊ ſic Auer. forte bene dixit. Hęc de intentione. ¶ Quęret quis ad textus expoſitionem

Auerrois introductio.

O

Egidy.

ꝓp̄a indu°.

P

Defenſio textus

Q

Defenſio Auerro.

Du° lr̄alis.



A ſitionem propter quid de alteratione ⁊ cremēto pertractabit, cū intētio ſit de generatione ⁊ corruptione. ¶ Rn̄det expoſitor nouus, q2 de mobili ad formā agitur, modo omne quod ad formam mouet̄, vel ad qualitatem mouetur, vt qđ alteratur, aut ad quātitatem, vt quod augetur, aut ad ſubſtantiam, vt quod agitur. ¶ Sed melius (vt diximus) dicere oportet, ꝙ vz, prima ⁊ principalis intentio eſt de generatione. de cęteris agitur vel vt ſubiectum eius, vel vt cauſę eius, vel vt ſimilia vel diſſimilia eidem.

Sol. egidy

Sol. ꝓp̄a.

Qō ſc̄da.

¶ Quęrunt primo ⁊ principaliter. vtrum de his corruptibilibus poſſit haberi ſcientia. Uidet̄ ꝙ nō. de ſenſibilibus nō habetur ſcientia, quia abeuntibus a nobis non eſt palam. an ſint vel ne. 7. metaphy. tex. cōmen. 35. ¶ Huic queſtioni reſpōdet Egidius. ꝙ de ſenſibilibus ⁊ corruptibilibus poteſt haberi ſcientia, vt de eis

R° Egidy

B formantur rationes ęternę, Generabilia enim ⁊ corruptibilia (vt quidam dicunt) conſiderari poſſunt quo ad prędicata cōtingentia, vt cygnus currit, ⁊ ęthiops mouetur, ⁊ reſpectu prędicatorum neceſſarioruz atqz per ſe, vt cygnus eſt albus, ⁊ ęthiops niger, aut homo eſt riſibilis, ⁊ equus hinibilis. Et quoniā neceſſarium ⁊ per ſe de omni ſunt, quęlibet harum eſt vniuerſalis. ¶ Tunc patet ſolutio Egidy. vt eniz ſenſibilia comparantur prędicatis per ſe. ſunt ſcibilia. vt vero p̄dicatis per accidens, non ſunt ſcibilia. ¶ Sed hęc ſolutio non eſt intelligibilis. Nam accipio hęc corruptibilia cōparata p̄dicatis per ſe. ⁊ quęro vel ſunt ſingularia vel vniuerſalia. Si ſingularia. igitur non poſſunt eſſe ſubiectia demonſtrationis, qm̄ ſubiectum demonſtrationis eſt vniuerſale. vt primo poſteriorum diximus. Si vniuerſalia, igitur non poſſunt comparari prędi-

Improba°

C catis per accidens. Non poſſunt igitur eſſe ſingularia. quia non comparabuntur prędicatis per ſe. neqz vniuerſalia, quia non prędicatis per accidens. ¶ Ampli° prędicatum illud per ſe. quod dicitur de ſingulari. vel dicitur de ſingulari ꝓpter rationē ſingularē. vel propter rationem vniuerſalem. non propter rationē ſingularē. quia nihil ineſt per ſe ſingulari propter rationem ſingularē. quod alteri competat ab illo. Si propter rationem vniuerſalem. igitur illa prędicata inerunt primo vniuerſalibus. ⁊ per conſequens ſcientia primo erit vniuerſalium. ⁊ per accidens ſingularium. Poteſt igitur aliter dici. ¶ Ubi animaduertendum ꝙ

Sol'. ꝓp̄a.

D propoſitio non dicitur neceſſaria ſm̄ eſſe, quia ꝓpoſitio poteſt eſſe, ⁊ non eſſe. igitur poteſt non eſſe vera. Si enim non eſt. non eſt vera. Sed poteſt non eſſe. igitur poteſt non eſſe vera. dicitur neceſſaria ſm̄ ſignificationē. quia ipſa in voce vel ſcripto ſignificat ad placitum. igitur poteſt aliter ſignificare q̄z ſignificat. Sicut hęc deus eſt. dato ꝙ de° ſignificet plaſma. Erit igitur neceſſaria quātuz ad eſſe in re ſicut ipſa ſignificat, vt dicitur in prędicamentis. ab eo quod res eſt vel nō eſt dicitur oratio vera vel falſa. ¶ Secundo animaduertenduz ꝙ triplex eſt abſtractio, vt a materia, quali abſtractione mathematica abſtrahit. a pręſentia materię, quomodo etiam mathematicus abſtrahit ⁊ phyſicus. Et a conditione materię, quali abſtractione phyſicus abſtrahit. ¶ Tunc dicerem ꝙ prędicata per ſe dicuntur de generabilibus ⁊ corruptibilibus, prout abſtrahuntur a materia, ⁊ pręſentia, ⁊ cōditione materię. nam ſic ſunt vniuerſalia. ⁊ nō ſingularia. ⁊ mediantibus his dicuntur de his corruptibilibus ⁊ generabilibus, quę ſunt ſingularia. at prędicata per accidens, primo dicuntur de his corruptibilibus in materia ⁊

1^m ſuppo^m

2^m ſuppo^m

Sol'o.

E pręſentia, ⁊ conditione meterię concepta. ⁊ per hęc de vniuerſalibus ſecundo. Ut eniz prędicata per ſe prędicantur de vniuerſalibus. ſic ꝓpoſitiōes efficiuntur neceſſarię. quia ſic ita erūt in re neceſſario, vt ſignificāt. Ut vero prędicata per accidens prędicantur de corruptibilibus, efficiuntur propoſitiones per accidens. q2 cōtingit non ita eſſe in re, vt ꝓpoſitione ſignificant. ¶ Sed contra hęc obycit Egidius. Primo, quia tunc hęc ſic vniuerſaliter concepta nō eſſent ſenſibilia. qm̄ quę abſtrahunt ab hoc vel illo ſenſibili. non ſenſibilia ſunt. quia omne quod ſentitur eſt hoc vel illud. ¶ Secundo obyciunt aly. quia vniuerſale videtur primo corruptibile, Tuz ꝙ corruptibile eſt res vniuerſalis, ⁊ eſt corruptibile. Tum ꝙ omne quod ineſt pluribus per ſe. ⁊ non vni per alterum. nec alteri per alterum.

Dubōnes ꝯ ſol'onē.

F inerit ꝑ vniuerſale. modo corruptibilitas ineſt omnibus ſingularibus per ſe. ⁊ non vni per alterum. nec alteri per alterum. igitur omnibus per cōmune tertiuz. ¶ Dici poteſt ꝙ generabilia abſtracta a materia. pręſentia materię. ac conditione materię, dicuntur ſenſibilia a potentia ſentiendi. non autem ab actu. Uel dicuntur ſenſibilia. quia ſunt rōnes dictę de rebus ſenſatis. ¶ Ad ſecundum multum laborant iuniores. Mihi tamen videtur. ꝙ generabile ⁊ corruptibile poſſunt accipi vt ſunt aptitudines, vel potētię vt ſunt aptitudines. ſic competunt primo vniuerſalibus. quia omnis aptitudo emanat a principys ſpeciei. Ut v̄o ſunt potentię, competunt primo indiuiduis, ⁊ propter materiam, quia vt ſic ſunt prędicata contingētia. ¶ Et per hęc patet ad argumenta.

Rn̄° ꝓpria

¶ Quęrunt ſecundo. vtrum corruptio ſit quid naturale vel res nālis? ¶ Q2 ſit res naturalis Egidius tribus rationibus oſtendit. Primo, quia de conſideratione ſcientię naturalis. Secundo, quia naturaliter euenit, quia euenit per naturam materię, quia materia eſt qua res poteſt eſſe ⁊ non eſſe. 7. metaph. tex. cōmen. 22. Tertio, quia corruptio eſt forma genita. ſed forma genita eſt naturalis materię, antecedēs patet. quia generatio vnius eſt corruptio alterius.

Qō 3°

So. Egidy

G

¶ Sed hęc ſunt confuſe dicta q2 Ariſto. 2. auſcultationis phyſicę. Dicit ꝙ tria ſunt quę conſiderantur a naturali ſcientia. Natura ipſa vt materia vel forma. Habens naturaz vt ſubſtantię compoſitę. quę habent materiam ⁊ formam. ⁊ res ſm̄ naturam, vt quęcūqz compoſitis naturalibus inſunt per ſe. vt igni ferri ſurſum, ⁊ id genus. Et ita patet erratuz in concluſione. q2 corruptio non eſt res naturalis. quia non compoſituz naturale, nec natura. ſed ens ſm̄ naturam. ¶ Secundo peccat, quia rationes friuolę ſunt. Prima quidem nō. quia a pari deus eſſet res naturalis, quod falſum eſt. quia non eſt habens naturam. Et tamen conſideratur a ſcientia naturali. Secunda minime valet. quia quod euenit naturaliter, eſt accidens. ſed accidens non eſt res naturalis. ſed ens ſm̄ naturam. Tertia nequaquā. quia ſi corruptio eſſet forma genita. tunc forma genita non eſſet. nam corruptio eſt priuatio. ⁊ priuatio nihil eſt. quare forma genita nihil eſſet. ¶ Et ita patet ad queſtionē ꝙ corruptio eſt ens ſm̄ naturā. quia eſt accidens ꝑ ſe rebus nālibus ꝓpter naturam materię.

Impugn̄tio

H

Solo. q.

¶ Quęrunt tertio. vtrum re ipſa corrupta eius ſcientia remanere poſſit? ¶ Reſpondet Egidius dupliciter. Primo ꝙ res habet triplex eſſe. in effectu. quod eſt eſſe in ſeipſa. in ſuis cauſis. ⁊ apud intellectuz. quod eſt eſſe vniuerſale, ⁊ obiectiuum. Uult itaqz ꝙ dato ꝙ res deſinat quātum ad eſſe in ſeipſa. ⁊ quātum ad eſſe

Qō 4°

P° rn̄° Egi.

I
2ª rñº

eſſentie, quia remanet quantum ad eſſe cauſale in cauſis. adhuc detinet rationeʒ ſcibilis, ⁊ poteſt ſciri. ¶ Secundo reſpondet ꝙ ſcibile vt eſt obiectuʒ intellectus, habet duplex eſſe. videlicet materiale, inquantum eſt ipſa res. ⁊ formale. quod eſt ipſa preconceptio, nō quecunqȝ, ſed illa que eſt per cauſas, quū ſcire ſit per cauſam cognoſcere. Sic igitur corrupto ſcibili quo ad eē materiale. remanet quo ad eſſe formale. ⁊ ſic eſſe poterit ſcientia de illo, Quantum enim ad illam preconceptionem ex cauſis in actu vel potentia poteſt ſciri. Ubi autem tale formale tolleretur, etiam ſcientia deſineret.

Argumēta ꝯ Egidiuʒ.

¶ Contra primam arguunt qdam, quia tunc indiuiduo corrupto non remaneret ſcientia. ꝯſequentia declaratur. quia nec quo ad eſſe in ſeipſo. nec eſſentie. nec in ſuis cauſis remaneret. quia non poteſt idem numero redire. cōſequens vero eſt falſum, qꝛ de facto manet ſcientia indiuidui corrupti. ¶ Item arguunt alij ſecundo, quia tunc de rebus non haberetur ſcientia. niſi pro eſſe potentiali. conſequens eſt falſum. quia habemus ſcientiam de rebus tam pro eſſe potentiali in cauſis, qȝ in ſeipſis, qȝ omnibꝰ modis. ¶ Tertio habemus ſcientiā de aliqua pluuia, q̄ quandoqȝ eſt aqua guttatim cadens. ſed hoc non eſt pro eſſe quod habet ſolum in ſuis cauſis. ſed pro eſſe in effectu. ¶ Quarto vel habemus ſcientiaʒ de rebus pro eſſe quod habēt in ſuis cauſis ſufficientibus, vel inſufficientibus. Si inſufficientibus, tunc ſcientia eſſet imperfecta. Si ſufficientibus, tunc res ipſe eſſent in effectu.

K

¶ Contra ſecundam poſitioneʒ arguunt etiam. primo fiat cōceptio hec omnis roſa eſt pulchra. vel igitur roſa ſupponit pro roſis exiſtentibus. ⁊ poſſibilibus exiſtere. ⁊ pulchra verificatur de preſentibus, vel de futuris. Si primum. habetur ꝙ preconceptio illa requirit roſas exiſtent, ⁊ ita ſignificatum formale ⁊ materiale. Secundo, dato ꝙ roſa maneat ſolum quo ad ſignificatum formale. Fiat hec enunciatio. roſa eſt flos. vel vera. vel falſa. ſi falſa. igitur corrupto ſignificato materiali. nō remanet ſciētia. Si vera, arguo. roſa eſt flos. igitur roſa eſt. tenet conſequentia a tertio adiacēte ad ſecundum adiacens. vt ſecundo de interpretatione. ¶ Tertio. heri fuit tonitruum. ⁊ hodie diſputemus de eo. vel igit̄ noſtra in diſputatione nomen tonitrui ſimpliciter idem ſignificat. vel non idem. Si non idem, diſputatio noſtra non fiet de tonitruo quod fuit heri. Si idem, habetur ꝙ re exiſtente ⁊ non exiſtente eadem erit nominis ſimpliciter ſignificatio. ¶ Quarto. ꝓ quo nomen ſupponit, idem omnino ſignificat. ſed in diſputatione noſtra hodie ſupponit eodem modo quo heri. igitur nomen omnino idem ſignificabit.

L

Quid auctor.

¶ Uidetur autem mihi ꝙ ambo modi Egidij ad idē veniant. Propterea eſt animaduertendum ꝙ ſcientia de re poteſt eſſe vel definitiua, vel demonſtratiua. Si definitiua, erit per genus ⁊ differentiam propria, ⁊ quoniam. genus ⁊ differentia abſtrahunt ab eſſe exiſtentie, ⁊ ab eē ſubſiſtentie, quod eſt eſſe in indiuiduis. Ut ſic, ſufficit ꝙ habeat eſſe ſolum in aptitudine. Unde ſexto topicorū, definitio ipſa aptitudinē dicit. Si demonſtratiua, quū in omni demonſtratione paſſio concludatur de ſubiecto, paſſio autem omnis ſit aptitudo quedam, etiam non requiritur ꝙ res de qua demonſtratio fit. in ineſſe exiſtentie, vel ſubſiſtentie. Igitur ſufficit ꝙ habeat eſſe quidditatiuʒ, quod eſt eſſe in cauſis Et hec eſt poſitio Egidij.

M

¶ Tunc ad rationes. Ad primam concederet Egidius ꝙ de ſingulari non habetur ſcientia niſi per accidens, propter rationem vniuerſalem, vt dictum eſt. ¶ Ad ſecundum diceret ꝙ de rebus eſt ſcientia ſolum, vt accipiuntur in eſſe quidditatiuo, quod eſt eſſe cauſale. pro alijs eſſe habentur opinio, ſenſus, ⁊ phantaſia. ſcōo de anima. ¶ Ad tertium diceret, ꝙ illa pluuie definitio, vt dicit actum, eſt accidens, vt in pluribus. At vt dicit aptitudinem eſt definitio. ⁊ ſic ſcientie principium. ¶ Ad quartum diceret, ꝙ ad cognitioneʒ perfectam ſimpliciter ſufficit cognitio omnium cauſarum ſufficientium in aptitudine. ⁊ ſic non erit ipſa res propter hoc. at in cognitione perfecta in genere, ſat eſt cognoſcere rem per ſuam formam, que eſt tota definitio, ⁊ per materiam, que eſt deferens definitionē.

N

¶ Ad argumenta contra ſecundum modū diceret Egidius. ¶ Ad primum, ꝙ predicatum verificatur pro roſis preſentibus, vt illa ꝓpoſitio eſt opinio quedam, vt ſcientia ꝓ roſis aptitudinalibus. Hec enim oportet dicere, qui Egidiuʒ vult ſectari, quicquid Sorticole in re hac dicerent. ¶ Ad ſecundum diceret, ꝙ verbuʒ, ſum es eſt, dicit aptitudinem, vt eſt copula ſcibilis propoſitionis. ⁊ tunc non valet a tertio adiacēte ad ſecunduʒ adiacens. Ut vero eſt copula ꝓpoſitionis opinabilis, dicit actum, ⁊ ſic valet.

O

¶ Ad tertium diceret, ꝙ nomen tonitrui ſupponit ſimpliciter eodem modo heri ⁊ hodie, quia pro ſignificatio formali, qđ res que eſt tonitruū in ſuis cauſis contēta. at ſm quid aliter hodie. aliter heri ſupponit. qꝛ deficit materiale. ¶ Ad quartum eodē mō diceret Egidius. hec mihi vident̄ nūc.

Recognces

CIRCA ea, que in commētarijs diximꝰ, occurrere vidētur recognitiones nō parue, nec ab ratione quidē. Accidit enim opiniones mutari non ſolum in diuerſis, ſed in eodem homine, potiſſimum ob etatis maturitatē, vnde non iniuria dicitur, barbato crede magiſtro, hac ratione viſum eſt nobis hac in etate his in comentarijs, que olim in libris de generatione ſcripſimus, recognitiones facere, que nunc videntur veriores, quarum prima in primo commētario occurrit de teſtuum differentia. Nam in codicibus, e quibus latine tranſlationes defluxerūt, quas latini expoſitores interpretati ſunt, verba Ariſto. leguntur copulatiue, ⁊ hoc pacto nos in cōmētarijs verba legebamus. Hūc etiam in modum verba illa legerunt diuus Thomas expoſitorū decus, Egidius lucidus interpres, ⁊ alij qȝ plures. In codicibus vero Joānis grāmatici, q a ſtudiorum laboribus Philoponus dicebatur, verba leguntur abſqȝ copulatione, veluti in trāſlationuʒ antiquarū emendatione, quaʒ vides, patet. Hec de prima recognitione.

P

¶ Scōa vero recognitio eſt circa intētionem libri, quā Ariſto. proponit, Philoponus enim vult Ariſto. proponere eſſe dicendum de cauſis ⁊ rationibus generationis, ⁊ corruptionis earum reruʒ, q̄ ſm naturam generantur ⁊ corrumpunt̄, ⁊ hoc principaliter. conſequenter vero proponit eſſe dicendū de auctione, ⁊ alteratione, tribus de cauſis. Primo quidē quia agere de his eſt vtile e ipſi phyſico, quo auctio ⁊ alteratio ſunt quedam naturales mutationes. Scōo vero, quia ſunt generationes quedam, cum enim hic agatur de generatione, ⁊ he ſint generationes quedā de his ſaltem conſequēter agendum erit. Tertio. quia agere de his vtile eſt ad ſermonē de generatione. naʒ ſiue alteratio, ⁊ generatio eadem ſint, ſiue diuerſa, cognita alteratione, quenam ſit, facile deprehendetur generatio, ⁊ in cōmentarijs intentionē, quam Ariſto. ꝓpoſuit, aliter expoſuimus.

Q

Cōtinuatio huius libri

¶ Tertia recognitio erit, quo ad verborum conſiderationem. Nam Philoponus



A
ad librū de celo.

nus primo in verbis Ariſtotelis conſiderauit huius libri ad librum de celo continuationem, nam cuʒ in fine libri de celo egiſſet de graui ⁊ leui, epilogando dixit, d̄ graui quidem igitur, ⁊ leui determinatum ſit hoc mō, huic continuationem faciens dicit, de generatione autem ⁊ corruptione natura generatorum ⁊ corruptorū quodam modo omnium, ⁊ cauſas diuidendum, ⁊ rationes earum determinandum. In quibus verbis, verbum illud, autē quod grece eſt δε', de, talem continuationem innuit, quod diuus Thomas veluti diligens expoſitor etiam notauit, notauit etiam Ariſtotelem dixiſſe [natura generatorum, ⁊ corruptorum] quia h̄ agit de generatione, ⁊ corruptione, non omniuʒ rerum, ſed ſolum earum rerum, que ſecundum nām fiunt, ⁊ corrūpuntur, quod etiam aduertit ⁊ poſt euʒ diligens expoſitor diuus Thomas. non enim hic agit de generatiōe ⁊ corruptione rerum, que fiunt arte, vel electione. Fit enī domus arte, amicitia vero ⁊ inimicitia fit electione.

Quid ꝑ nā gñata ⁊ corrupta.

B

quid ꝑ cās ⁊ rōnes.

¶ Dixit cauſas in plurali (vt notat Philoponus) quia quatuor ſunt cauſe, dicet enī omnes quatuor cauſas generationis ⁊ corruptionis rerum ⁊ non vnam vl̄. duas tm̄, ſed omnes. dixit rationes, vt quidam dixerunt. i. particulares cauſas, ac proximas. quaſi dicat ſe velle differere d̄ cauſis in vniuerſali, ⁊ in particulari, generationis ⁊ corruptionis. que expoſitio non placet Philopono, nec mihi, cuʒ hic non agetur de proximis cauſis. Melius ergo per rationes Ariſtotelis intelligit rationes factiuas, ſecundum quas vnumquodqȝ fit, ⁊ corrumpitur. Hic enim dicet nō tm̄ ꝙ ſol eſt cauſa actiua generationis ⁊ corruptionis, ſed quo modo ⁊ qua ratione ſit cauſa, quia appropinquante, eſt generationis cauſa, abeunte vero, eſt cauſa corruptiōis. ⁊ ſic nō ſolum agit de cauſis, ſed de rationibus cauſandi.

C

Sed dices non eſt verum ꝙ hic agetur de omnibus cauſis, ⁊ de omnibus rationibus cauſandi, innuit Ariſtoteles ſolutionem, cum dixit quodam modo omniuʒ, quia nō agit de cauſis omnium ſimpliciter, ſed quodam modo. Quod verbuʒ grece legitur ομοιως, ⁊ Philoponus exponit quodam modo, alij ſimiliter, alij vniuerſaliter, q̄ in idem veniunt. Non enim agitur de cauſis ⁊ rationibus omnium ſimpliciter, ſed quodam modo, ⁊ vniuerſaliter ⁊ in quadaʒ communi ſimilitudine.

Que itētio in ſūma.

¶ Ex his colligitur de mente Philoponi Ariſtotelem in hoc libro duo eſſe dicturum. primo quidem, ac principaliter de cauſis ac rationibus generationis, ⁊ corruptionis rerum ſecundum naturam generabilium, ⁊ corruptibiliuʒ. Conſequenter vero ac ſecundario de auctione, ⁊ alteratione, ⁊ quid ſit vtraqȝ, ⁊ an differat alteratio a generatione re ipſa, ſicut differt nomine. Dixit autem ſignanter de alteratione an differat a generatione, q̄a auctio lȝ nomine differat ab ipſa generatione, re non differt, vt dicet.

D

Dubō cur ꝑtermiſit d̄ agē ⁊ pati.

¶ Sed dices Ariſtoteles in hoc libro de agere ⁊ pati pertractabit, quorum in prohemio nihil meminit, ergo prohemium diminutum eſt. Innuit Philoponus ſolutionem, ꝙ de agere ⁊ pati non agit niſi per accidens, quo agit de alteratione per ſe, non enim fieri poteſt alteratio ſine agere, ⁊ pati. Ideo in verbo alteratio, ipſe intelligit.

Cur ꝑtermiſit miſtionem.

¶ Rurſus occurres ꝙ hic agetur de miſtione, cuius nihil meminit, iterum innuit ſolutionem, ꝙ de miſtione agetur quo reducitur ad generationem miſtorum, vel ad alterationem elementorum, ⁊ ita reducitur ad alterationem, vel generationem. Hec de tertia recognitione. Poſt hec differenduʒ eſt de libri huius inſcriptione. Inſcribitur enī grece περι γενεσεως και φθορας, ſȝ quibus verbis latine liber inſcribendus ſit, non leue eſt exponere. Antiquus interpres per geneſim generationem, per phthoram autem corruptionem expoſuit, vt liber inſcribendus ſit de generatione, ⁊ corruptione. Qꝛ quidem per geneſim exponant rerum ortum, non diſplicet, naʒ lȝ generare ſit fetum edere, vt Ariſtoteles dicit in libro de animalibus, ⁊ generatiuum opponatur ad ſterile, tamen Cicero in libro de vniuerſitate, generationeʒ appellat ortum. Dicit enim quid eſt, quod ſemper ſit, neqȝ vllum habet ortum. Plinius quoqȝ libro. 20. de naturali hiſtoria agens de radice ruthe inquit, generationes impediri hoc cibo, ideo profluuio genitali datur.

E

Quo vero exponuntur per phthoram, corruptioneʒ, non niſi recepto vocabulo dici poteſt. ſiquidem corruptio apud latiniores contaminatio eſt, ide corruptela, hoc eſt ſubornatio dicitur. Propterea latine phthora eſt interitus. Interitus enim generationi opponitur, vnde Cicero in tertio de natura deorum inquit. nunc autem concludatur illud, quod interire poſſit, non eē eternum, ignem autem interituʒ eſſe, niſi alatur, ⁊ que intereant, innumerabilia ſunt, vſu tamen hoc vocabulum corruptio a Philoſophis pro interitu receptum eſt. Et nos igitur ita loquamur.

F

Uñ libri inſcriptio.

¶ Sed queres e quo libri inſcriptio accipitur, Philoponꝰ ⁊ Alexander libro ſecundo poſteriorum libri inſcriptionem accipi aſſeruerunt a libri intentione. Modo intentionem ⁊ ſubiectum pro eodem acceperunt iuniores. ergo inſcriptio libri a ſubiecto libri accipit̄. Sȝ contra. nam liber phyſicorum inſcribitur auſcultatio phyſica, vbi conſtat in eo libro ſubiectum non eſſe phyſicam auſcultationeʒ. Preterea hic liber inſcribitur de generatione, ⁊ corruptione, vbi conſtat nec generationē, nec corruptioneʒ eſſe hic ſubiectum.

G

Dicendum ergo inſcriptionem libri multifariam fieri, potiſſimuʒ vero aut ab aliquo eſſentiali ipſi libro, aut ab aliquo accidentali. ab accidentali, liber phyſicoruʒ dicitur auſcultatio, quatenus accidit, vt illa, que ibi ſcribuntur, obſcure ſcribantur. Ab eſſentiali vero, aliquando liber inſcribitur a principali ſpecie communiſſimi cōſiderati in ſcientia, vt metaphyſica, nam liber ille tanquaʒ de principali ſpecie entis eſt de ſubſtantijs ſupernaturalibus, ⁊ hoc pacto dicitur inſcribi a ſubiecto, quatenus principali ſpecies primi conſiderati eſt ſubiectum in ſcientia. Aliquando autem a principali affectione communiſſimi conſiderati, vel proprij ſubiecti, ⁊ ſic inſcribitur liber hic, generatio eniʒ ⁊ corruptio ſunt principales affectiones corporis vel entis mobilis ad formam, quod eſt commune conſideratum hic.

H
de corruptibilib[us] est scientia

¶ Poſt hec recognoſcenda eſt ea ſolutio, que in commentarijs aſſignatur ad illaʒ queſtionem. vtrū de generabilibus, ⁊ corruptibilibus ſit ſcientia. Diximus enim de his eſſe ſcientiam, quatenus abſtrahuntur a materia, preſentia materie, ⁊ conditionibus materie. Quam quidem ſolutionem non reuocamus, ſed verbis Themiſtij in primo de anima eam dilucidamus. Aſſerit eniʒ definitiones eſſe non notionū, non enim notio animalis eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, nec notio hominis eſt animal rationale. Sed ſingulares homines (vt inquit) proprie animalia rationalia ⁊ dicuntur ⁊ ſunt. Uult igitur definitiones, ⁊ demōſtrationes eſſe ſingularium, non quidem quo ab intellectu ſingulariter concipiuntur, vtpote per notitionem rei ſingularis ſingulariter repreſentatiuam. Sed quo res ipſe ſingulares, ac corruptibiles, per notiones ipſaruʒ vniuerſaliter repreſentatiuas ab intellectu concipiuntur. nam hoc pacto de ſingularibus ⁊ corruptibilibus

Cap̄. 4.

I aſſignantur definitiones, ⁊ demonſtrantur proprię affectiones per illas definitiones, ex quo ſequitur de corruptibilibus eſſe ſcientiam, nõ quo corruptibilia ſunt, ſed quo incorruptibiliter a nobis intelliguntur. Sequitur etiam de mutabilibus eſſe ſcientiam, non quo mutabilia ſunt, ſed quo immutabiliter intelliguntur. Secundo quęrebamus in commentarijs, vtrum corruptio ſit naturalis, vbi fecimus vim in verbo illo, quod eſt ens naturale, ⁊ bene dictum eſt. Nunc reuocamus rem in dubium, nam Ariſtoteles in libro de morte ⁊ vita, diſtinguit de duplici morte, violenta, ⁊ naturali. ergo nõ omnis corruptio eſt naturalis. Qui enim moritur per conſumptionem humidi radicalis, moritur morte naturali. Qui vero moritur in iuuenta, febre, vel vulnere, moritur morte violenta. Dicendum ergo ꝙ corruptio poteſt dupliciter conſiderari, aut ratione habita ad ſubiectum remotum, ⁊ commune, ⁊ ſic omnis corruptio eſt naturalis, quoniam omnis eſt naturalis primę

K materię. aut ratione habita ad ſubiectum propinquũ, ⁊ ſic mors quę fit per conſumptionem humidi eſt naturalis, quę fit nondum radicali humido conſumpto, dicitur violenta, hęc de mente Ariſtotelis. Tertio quęrebamus, vtrum re corrupta, de re poſſit ſcientia, quę habebatur de illa, remanere, vt dato ꝙ de roſa habeatur ęſtate hęc ſcientia, ꝙ ſit pulcherrima florum, vtrũ hyeme omnia roſa corrupta. hęc eadem ſcientia remanere poſſit. Induximus duas Egidij reſponſiones. prima erat, ꝙ adhuc remanet de roſa illa eadẽ ſcientia, quia ſufficit roſę, vt habeat eſſe cauſale, ſiue aptitudinale. Hęc enim eſt vera, roſa eſt pulcherrima florum, dato ꝙ nulla roſa actu ſit, modo poſſit eſſe, vel apta ſit eſſe. Secunda erat, ꝙ roſa corrupta, quoad eſſe in

L actu, ⁊ quo ad eſſe in aptitudine, adhuc remanet illa ſcientia, ꝙ ſit pulcherrima florũ, modo remaneat quo ad eſſe formale, quod eſt eſſe obiectiuum, ac formale eius. Cum enim roſa concipiebatur ꝙ ſit pulcherrima florum. habebat ęſtate duplex eſſe actuale extra cauſas, ⁊ aptitudinale. ſ. in cauſis. ⁊ vtrũq; dicitur eſſe materiale. Cum vero hyeme deſineret quo ad vtrumq; eſſe, remaneret eadem ſcientia, modo remaneat in anima concipiẽtis formalis conceptio roſę, quę repręſentabat illam propoſitionem, roſa eſt pulcherrima florum. nam conceptione remanente adhuc roſa habet

qõ pulchra

aliquod eſſe, ſaltem obiectiuũ. ¶ Contra hos modos eſt vna ſola quęſtio (vt mihi videtur) quę non eſt dilucide reſoluta, quia omnis propoſitio ſcita eſt demõſtrata, ⁊ omnis demonſtrata eſt vniuerſalis. ergo in illa ꝓpoſitione, roſa eſt pulcherrima florum, roſa ſupponetur

M ab intellectu in tali propoſitione diſtributiue, ⁊ ſic pro omnibus roſis, quę ſunt. Pręterea omnis ſcientia pręſupponit ſubiectum eſſe, vt dicitur primo poſteriorum. Pręterea omnis propoſitio de tertio adiacente infert propoſitionem de ſecundo adiacente. ergo valet, roſa eſt pulcherrima floꝝ, ergo roſa eſt. Pręterea ſunt aliquę propoſitiones ſcitę, quę non poſſunt eſſe verę, niſi ſubiecto exiſtente, vt hęc, pluuia eſt aqua guttatim cadens. ⁊ illa, tonitruum eſt extinctio ignis in nubib9. quęlibet enim harum ſupponit ſubiectum eſſe, ergo illo corrupto, non poterit ſcientia de eo remanere. Ex his colligitur quęſtio magna in hac materia, nã alię. q. bene in commentarijs ſunt euentilatę.

Põ ſophiſtarum.

¶ Propter hęc argumenta dixerunt nonnulli, ꝙ ſcientia, quę habebatur de re exiſtente, non poteſt remanere, illa corrupta ſimpliciter. verbi cauſa, hęc ſcientia roſa eſt pulcherrima florum, non poteſt remanere roſa ſimpliciter in ſe,

N ⁊ in quolibet ſuo indiuiduo corrupta, quia ſi prędicatũ verificatur de roſa, non verificatur de roſa, niſi accepta pro omnibus indiuiduis roſę quę ſunt, ⁊ ſic non poteſt remanere, niſi remanente roſa in ſuis indiuiduis, quod eſt eſſe roſę ſimpliciter. Simili ratione de ſciẽtia, quę habetur de pluuia, tonitruo, ⁊ alijs. Cum vero dicitur hyeme deſinit roſa, nõ deſinente illa ſcientia. Similiter ęſtate deſinit pluuia, non deſinẽte pluuię ſcientia. Reſpondere poſſunt nec roſam poſſe ſimpliciter deſinere, nec pluuiam, nec aliquam ſpeciem, quin ſemper reſeruetur in aliquibus ſuis indiuiduis, quę ſunt in aliqua regione. nam lʒ ęſtate pluuię deſinant apd̃ nos, apud antipodas non deſinunt. Hyeme quoq; lʒ apud nos deſinant roſę, non deſinunt apud antipodas. Hanc poſitionem ſuſtinent omnes ſophiſticę, qui de ſuppoſitionibus ſcripſerunt.

Refutatio O

¶ Sed hęc ſolutio videtur fuga, quia Ariſtoteles vult non omnem ſpeciem eſſe perpetuam in ſuis indiuiduis, niſi eas tm̃, quarum indiuidua generari non poſſunt, niſi per ſemen, vt in libris d̃ animalibus ſatis dicit. ⁊ Auerroes 8° phyſicorum idem aſſerit. Com. 47. Non ergo oportet, vt roſa ſit perpetua in ſuis indiuiduis, propterea videtur adhuc quęſtio ſtare, naʒ ſi ponatur roſam deſinere ſimpliciter ſecunduʒ ſe, ⁊ quodlibet indiuiduum ſui, quęſtio remanet vtruʒ ſcientia, ꝙ ſit pulcherrima florum remaneat? non eniʒ videtur ſoluta.

Alia ſolo.

¶ Propterea videtur mihi eſſe dicendum, ꝙ ſciẽtia quę habetur de roſa, vel de aliqua tali re, poteſt eſſe de roſa, vel per prędicata, quę nõ poſſunt roſę competere, niſi exiſtat actu. ſicut ſi ſciremus de roſa, ꝙ ſit digerens choleram, ea enim corrupta, deſinit hęc ſcientia. aut per prędicata, quę poſſunt roſę competere ſm aptitudinem, vt ꝙ ſit pulcherrima florum, ⁊ tunc roſa

P corrupta poteſt remanere eadeʒ ſcientia, quia roſa poteſt eſſe pulcherrima florum, tunc patet ſolutio. Dicerem eniʒ ꝙ ſi de aliqua re exiſtente haberetur ſcientia per prędicata actualia, talis remanere nõ poteſt, ſubiecto ſimpliciter deſinente. ſin auteʒ ꝑ prędicata aptitudinalia, poteſt remanere re illa ſimpliciter corrupta modo ſit apta eſſe. Tunc patet ſolutio ad obiecta, prima enim deletur concedendo propoſitionem quę ſciebatur eſſe vniuerſalem, ⁊ ita concedam ſubiectum ſupponi pro indiuiduis, ſecundum prędicati exigentiam, nam prędicata aptitudinalia requirunt ſubiectum remanere in indiuiduis aptitudinalibus, vt in hac, roſa eſt pulcherrima florum, dato ꝙ prędicatũ dicat aptitudinem, roſa accipitur pro oĩbus roſis, quę ſunt aptę eſſe, vnde diſcentibus erit, ⁊ hę poſſunt eſſe, omnes roſę, ergo hęc quę poteſt eſſe roſa, eſt pulcherrima florũ, ⁊ ſic de ſingulis. At prędicata actualia requirunt ſubie

Q ctum eſſe actu. Secunda deletur etiã, quia omnis ſciẽtia ſupponit ſubiectum eſſe ſecundum exigentiam prędicati propoſitionis, quę ſcitur. Tertia etiam diluitur, ꝙ regula non ſit vniuerſalis, ſed ſolum cum prędicatũ eſt actuale. Quarta tollitur concedendo maiorem, ſed negando minorem, nam in talibus propoſitionibus prędicata debent accipi in aptitudine, ⁊ non actu, vt in cõmentarijs diximus. ¶ Sed adhuc remanere videtur quęſtio, nam habeatur hęc, ſcientia de roſa, ꝙ ſit pulcherrima florum, ⁊ deſinat eſſe roſa ſimpliciter ſꝫ vtrumq; eſſe. ſ. actuale, ⁊ aptitudinale. vtrum eadem ſciẽtia, quę fuit de roſa, remaneat. Egidius dixit ꝙ ſic, quia roſa remanet ſm eſſe obiectiuum, ⁊ ſic remanere poteſt ſcientia. Quę reſponſio in cõmentarijs eſt ſuſtentata, verum ego nunc dicerem caſum eſſe impoſſibilẽ ſimpliciter, q2 ad hoc, vt deſinat eſſe roſa ſm vtrumq; eſſe,



A eſſe, oportet vt deſinant omnes eius cauſę, ⁊ ſic oporteret deum deſinere, ⁊ cęlum, ⁊ omnes ſtellas. ¶ Sed adhuc occurres, quia volo ꝙ deſinant omnes cauſę roſę, et remaneat ille intellectus qui concepit illam propoſitionem, roſa eſt pulcherrima florum, cuʒ notione eadem, quę repręſentabat ipſi illam propoſitionem, ⁊ certum eſt ꝙ remanebit ſcientia, ⁊ tamen roſa nullum eſſe habet niſi obiectiuum. Poteſt dici caſum implicare contradictionem, quia ſi remanet intellectus, qui illam propoſitionem concepit, oportet, vt remaneat deus, ⁊ motores cęlorum, ⁊ omnes cauſę roſę. hęc mihi nunc videntur. nec recuſabo aliter dicere, ſi aliter occurret. Ultimo quęritur de ſubiecto huius libri, vt in prohęmio fuit quęſituʒ. Communis opinio eſt, ꝙ ſubiectum huius ſit ens mobile ad formam, vel corpus mobile ad formam. Sed pro ſolutione, primo debes ſcire

B quid ſubiectum ſit, quid ve prędicatum. Secũdo quid per mobile ad formam. Tertio quid eſt obiectũ apud Philoſophus.

De ſubto. pª poſitio.

¶ De primo dixerunt quidam. ſubiectũ non eſſe niſi ſubſtantiam, prędicatum vero non niſi accidens. Contra obijcit Philoponus primo priorum, ꝙ ſubiectum aliquando eſt accidens, vt in hac propoſitione, color eſt qualitas, ⁊ in illa, album eſt lignuʒ. Similiter prędicatum aliquando eſt ſubſtantia, vt in hac, homo eſt animal.

2ª põ.

¶ Alij dixerunt ſubiectum eſſe id oẽ quod eſt determinationis ſuſceptiuum, vt vniuerſalitatis, particularitatis, ⁊ indefinitatis. prędicatuʒ vero minime. Contra obijcit Philoponus, quia tunc ſingularis propoſitio careret ſubiecto, cum eius ſubiectum nec poſſit recipere vniuerſalitateʒ, nec particularitatem.

Põ Philoponi.

C ¶ Philoponus ergo diſtinguit in libro priorum d̃ ſubiecto ⁊ prędicato, quia alia ſunt ſubiectum, ⁊ prędicatum problematica, ⁊ ſic quatuor ſunt prędicata, vt genus, accidens, definitio, ⁊ proprium, ⁊ vnum ſubiectum. ſ. ſpecies. Aut ſimpliciter, ⁊ ſic ſubiectum eſt, vel cui alterum ineſt, vel de quo alterum prędicatur. Prędicatum vero, vel quod alteri ineſt, vel quod de altero dicitur, differt autem quod alteri ineſt ab eo quod de altero dicitur, quia omne quod alteri ineſt, dicitur de altero, ⁊ non econtra, nam eſſe in accidentium eſt, dici de, eſt accidentium ⁊ ſubſtantiarum.

Uñ ſubtũ.

¶ Ex his colligitur ſubiectum dici non poſſe, niſi reſpectu alicuius, quod vel ipſi ineſt, vel de ipſo dicitur.

Quid per mobile ad formam.

¶ De ſecundo, dicamus per mobile ad formam, eſſe intelligendum, ens mobile ad formam abſolutam, vt ad qualitatem, ſubſtantiam ⁊ quantitatẽ. Ubi vero quia eſt reſpectus non dicitur forma in propoſito. ideo quod mouetur ad vbi, non dicitur mobile ad formam.

Quid obm D

¶ De tertio dicamus obiectum dici tam reſpectu potentię, quam reſpectu ſcientię. vel habitus, quatenus offertur potentię, vel habitui, vt patet ſecundo de anima.

Suppões

¶ His terminis expoſitis ſint tres ſuppoſitiones. prima. in omni ſcientia eſt dabile vnum primum ac communiſſimum, quod eſt genus ad omnia, quę in ſcientia conſiderantur. Patet. aliter ſcientia non eſſet vna. Secunda. inter omnia conſiderata, quę continentur ſub illo cõmuni genere, eſt dare vnum ſubiectum principale, quod eſt vna prima ſpecies. patet. quia in omni genere eſt vnum primum, ⁊ principale. 10. metaphy. Tertia. in omni ſcientia communes paſſiones, quę quęruntur, quęruntur aut de genere, aut de principali ſpecie illi9 generis primi, vt patet primo poſteriorum.

Cõclões.

¶ His ſuppoſitionibus ſtantibus, ſit prima concluſio, ens mobile ad formam vel corpus mobile ad formam eſt communiſſimum genus omnium eorum, quę in hoc libro

conſiderantur, patet. quia de omnibus prędicatur, ⁊ nulli in hac ſcientia conſiderato ſubijcitur. Secunda. ens vel corpus mobile ad formam eſt communiſſimuʒ prędicatum omnium eoruʒ, quę hic conſiderantur. patet. quia eſt communiſſimuʒ genus, ⁊ non ſpecies alicuius conſiderati in hac ſcientia. Tertia. ens vel corpus mobile ad formam non poteſt eſſe primum ſubiectum in hac ſcientia. probatur, quia reſpectu nullius prędicati, cum nulli conſiderato in hac ſcientia ſubijciatur, ſed omnia ipſi ſupponuntur. ergo non poteſt eſſe primum ſubiectum. Pręterea nec poteſt dici primum ſubiectuʒ paſſionum, quia reſpectu illarum non dicitur commune ſubiectum, ſed proprium. Quarta. ens vel corpus mobile ad formam eſt commune obiectum huius ſciẽtię, quę habetur in hoc libro, patet ex d̃claratione terminorum. Ultima concluſio, primum ⁊ principale ſubiectum in hoc libro eſt ens, vel corpus mobile ad formam ſubſtantialem, patet. quia eſt principalis ſpecies cõiſſimi prędicati. Hęc de dilucidatione. ⁊ ita de recognitionibus hactenus. E F

Anti. c. 2.

**¶ Antiquorum igitur, hi quidem vocatã ſimplicem generationeʒ eſſe inquiunt alterationẽ, hi vero aliud generationẽ ⁊ alterationeʒ.**

Dilucidaº. te. c. eiuſdẽ

**¶ Antiquorum quidem igitur, hi quideʒ quã ſimplicem vocant generationem, alterationem eſſe profitentur. Hi vero ⁊ alterationeʒ alteram a generatione.**

Com. 2.

¶ Omnes conueniunt Ariſtotelem proſequi de propoſito. Uerum cur a 3° propoſitorum cęperit proſequi, nõ omnibus patet.

Expõ thõe G

¶ Diuus Thomas ait Ariſtoteleʒ hoc egiſſe. quia ex differentia conſtituitur ſpecies, quo fit vt minime cognoſci poſſit generatio vel corruptio niſi eius ab alteratione differentia deprehenſa.

Cõfutatio

¶ Sʒ hoc ſtare non poteſt, quia prima cognitio rei eſt per gen9. Commune enim omne pręcedit differentiam ⁊ ſpeciẽ. quare nõ vt differentiam venetur, ſed potius propter genus.

Egi. expõ.

¶ Egidius autem hoc dicit eſſe factum. quia q̃ſtio hęc erat valde famoſa apud antiquos.

Cõfutatio

¶ Quod minime placet. quia Ariſto. potius ordinem rationaleʒ ſequi ſolet, quam antiquorum. Qui enim delirant a veritate ipſa, ⁊ ab ordine delirare ſolent.

Expõ ꝓpa

¶ Mihi igitur propter hęc videtur ꝙ Ariſto. intendat venari genus generationis. De generatione enim primo ⁊ pręcipue intendit. quare d̃ ea primo proſequi debet. Proſequitur autem primo de ea colligendo genus. Hoc autem per differentiam ⁊ conuenientiaʒ docuit colligi Ariſt. 6. topicorum. Et ſic patet cauſa ordinis.

H Põ ãtiq̃rũ

¶ Omnis autem poſitio antiquoruʒ de hac re eſt in duo contraria. Nam vna ſecta omnem generationem dicit alterationem eſſe. Alia nullam generationem eſſe alterationeʒ. Et ita poſitiones hę contrarię ſunt omnino.

Dubõ.

¶ Sed quęret iunior. vtruʒ ſubcontrarię ſint ſimul verę. videlicet aliqua generatio eſt alteratio, ⁊ aliqua generatio non eſt alteratio.

So. aliq̃rũ

¶ Reſpondent quidam ꝙ ſic, quia duplex eſt generatio. videlicet ſimplex vt ſubitus formę prouentus. ⁊ compoſita vt ex pręuia alteratione ⁊ prouentu formę ſubito. ¶ Dicunt modo ꝙ ſimplex generatio non eſt alteratio. Et ad hoc adijcit Ariſto. quã vocant ſimplicem generationeʒ, at compoſita eſt alteratio.

Cõfutatio.

¶ Sed iſtud ſtare non poteſt, quia motus differunt propter differentiaʒ terminorum ad quos. 5° phyſic. at com. 9. ſed in vtraque generatione terminus ad quẽ eſt ſubiecta. at in alteratione eſt qualitas. Igitur

I omnis generatio erit altera ab alteratione. ¶ Verum
Nota. propter verbum Ariſto. animaduertendum ꝙ per ſimplicem generationem intelligit eam, quę eſt ſubſtantię. Eſt enim vt Ariſto. inquit. 5. phyſicoꝛum. generatio duplex, ſecundum quid ⁊ ſimpliciter, generatio ſecundum quid eſt alteratio vt dicet. Et propterea adijcit quam vocant ſimplicem generationem, ⁊ dixit quam vocāt, quia apud antiquos gñatio voce tm̃ differt ab alteratōe.

Recognes ¶ In commentarijs quęrebatur cur Ariſtoteles de tertio propoſitoꝛum nunc pꝛimo ſit executus, vbi fuit ſatis abunde declarata cā, cur ab iſto tertio exequitur. Verum Philoponus autumat Ariſtotelem proſequi de pꝛimo, nam pꝛimum propoſitoꝛum fuit de generatione, nunc proſequitur de illa quid ſit, vbi (vt eſt ipſi mos) pꝛimo narrat opiniones veterum, quas de generatione habuerunt. 2° vero opinionibus veterum re-
K iectis, quę ſibi de generatione videntur, conſtituit. Proſequendo opiniones veterum de generatione quid ſit (vt Philoponus inquit) ait nonnullos pꝛopꝛiam ⁊ ſimplicem generationem voluiſſe eſſe alterationem. Alios vero dixiſſe generationem eſſe quid diuerſum ab alteratiōe. ⁊ ſic ſecundum Philoponum Ariſtoteles proſequitur de pꝛimo propoſitoꝛum. Quo vero ad verba attinet, Ariſtoteles per ſimplicem generationem intelligit generationem in ſubſtātia, quę ſimplex generatio dicitur (vt Philoponus inquit) quia eſt pꝛopꝛie generatio, quę dicitur generatio additione nullius. Generatio vero accidentis dicitur ſecundum quid, quia non dicitur generatio, niſi additione, cum dicatur generatio quędam. Animaduerte ꝙ ſubcontrarię hę; aliqua generatio eſt alteratio, ⁊ aliqua generatio non eſt alteratio. Alia ratione poſſunt eſſe ſimul verę. nam generatio qualitatum alteratiuarum eſt alteratio, ⁊ ſic aliqua
L generatio eſt alteratio, generatio vero ſubſtantię non eſt alteratio, ⁊ ſic aliqua generatio non eſt alteratio. Ergo hoc pacto poſſunt ſubcontrarię eſſe ſimul verę, ⁊ ſic patet quęſtio mota in commentarijs.

Anti.c.3. ¶ Quicunqꝫ enim vnum aliquod dicunt eſſe omne, ⁊ omnia ex vno generant, his quidem vtiqꝫ neceſſe eſt generationem alterationem dicere, ⁊ quod pꝛincipaliter fit alterari. Quicunqꝫ autem plures materias vna ponūt, vt Empedocles ⁊ Anaxagoꝛas, ⁊ Leucippus, his aliud.

Dilucidaº. te.c.eiuſdē ¶ Quicunqꝫ quidem enim vnum quoddam omne eſſe aiūt, ⁊ omnia ex vno generāt. His quidem neceſſe eſt alterationem generatio-
M nem eſſe fateri. ⁊ quod pꝛincipaliter fit, alterari. At quicunqꝫ materias plures vna cōcedunt. vt Empedocles, ⁊ Anaxagoꝛas, ⁊ Leucippus. His aliud.

Com.3. ¶ Quia duę ſunt poſitiones de quęſtione, docet nunc eas accipi ex fundamentis acceptis ab antiquis. Nam de rerum pꝛincipijs. ⁊ de rerum eſſe, duę fuerunt partes. vna ponit omne eſſe vnum quoddam. ⁊ omnia ex vno generari, quibus contingit dicere generationem eſſe alterationem, quia ſi non, tunc omnia non eſſent vnum quoddam. Alia ponit materias plures, ⁊ res plures. Et ita dicere poſſunt generationem eſſe aliam ab alteratione, quia ſi non, tunc omnes res erunt vnum, textꝰ patet.

Rō Auer. ¶ Auerroes ſua in paraphꝛaſe affert cauſam quare ponentes vnum ſubiectum, ⁊ omnia vnum, dicere coguntur generationem eſſe alterationem. Et
N ait hoc eſſe. quia apud eos materia eſt ens in actu non generabilis. Quia vt dicitur. 5. phy. in hoc differt alteratio a generatione. nam ſubiectum generationis eſt ens in potentia, ſubiectum alterationis eſt ens in actu.

Cōfutatio. ¶ Sed hęc videtur friuola cauſam, quia a pari etiam qui ponunt plures materias idem dicere cogerentur. nam ⁊ ipſi quoqꝫ materias illas afferunt eſſe in actu.

Nota. Sed de hoc dicemus poſterius. ¶ Animaduertendum, vt refert Simplicius 3ᵒ ex auctoꝛitate Platonis in libꝛo Parmenidis. ꝙ omnia eſſe vnum poteſt dupliciter intelligi, aut pꝛincipaliter, aut participatiue. Pꝛincipaliter quidem ea dicuntur vnum, quoꝛum foꝛma ⁊ definitio eſt vna. Participatiue vero, quę vna ab eſſentia deriuantur, quomodo omnia calida ſunt vno calore eadem. 12. meta. com. 51. ⁊ hoc modo dicimꝰ ꝙ om-
O nia ſunt vnum participando eſſe, quod per eſſentiam ſaluatur in deo. Si itaqꝫ Parmenides ⁊ Meliſſus omnia vnum eſſe ſenſerint ſecundum foꝛmam, tunc bene ſequitur ꝙ gñatio non differt ab alteratione, quia ex oppoſito cōſitis infertur oppᵐ añtis. at ſi velint oia eē vnū pticipatiue, vt nos tenemꝰ, ⁊ Ariſto. 2° metaphyſi. tex. cōmen. 4¹. Pꝛoculdubio nō ſeqtur ꝙ gñatio ſit alteratio, quia oppoſitum cōſequētis ſtat cum añcedēte.

Recognes ¶ Cum diuiſit opiniones in duas, nunc (vt Philoponꝰ inquit) vtriuſqꝫ opinionis tutoꝛes exponit, ⁊ rationes opinionum, ſecundum vo diuum Thomam Ariſt. hic aſſignat rationem diuerſitatis pꝛędictę. ⁊ eſt optima expoſitio etiam. Mihi tamē videt ꝙ Ariſt. faciat vtrūqꝫ, nam aſſignando rationes diuerſitatis, exponit opinionum tutoꝛes, vt intelligenti patet. Dicit Philoponus hic, ꝙ eoꝛum qui dixerunt vnum elementū omnium.
P Alij dixerunt aerē, vt Diogenes, Alij ignem, vt Heraclitus, Alij aquam, vt Thales. Alij hoꝛum medium vt Anaximander. ⁊ omnes iſti ſunt, generationem aſſerētes eſſe alterationem. Cuius cauſam affert Philoponus, quia omnes iſti aſſerūt elementum eſſe coꝛpus in actu, cuius non ſimpliciter generatio, ſed alteratio eſt, quā cauſam in cōmentarijs de mente Auerrois aſſignauimus. Qui vo poſuerunt rerum elementa plura, poſſunt dicere gñationem differre ab alteratione, quia (vt Philoponus inqt) ⁊ in commētarijs poſtea eſt dcm̄, q ponūt plura, dicere pñt gñationē fieri ꝯgregatōe illoꝛū pluriū. Coꝛruptionē vo diſgregatiōe, alterationem pñt dicere fieri ptiū ꝯpoſitaꝝ trāſfiguratiōe, vel trāſoꝛdinatiōe. veluti Democritici, ⁊ Leucippei dixerūt. Sed ꝯ adhuc ſtat argᵐ in cōmētarijs, quia tā dicētes vnū elm̄tū, q̃ʒ dicētes plura, aſſerūt mām eē coꝛpus vel coꝛpoꝛa in actu. g̃ eoꝛū vᵗ nō poſſe eē niſi alteratio. Pꝛopterea
Q vᵗ mihi ꝙ Ariſt. velit eos dixiſſe gñationē eſſe alterationē, q poſuerunt oia eſſe vnū, ⁊ oia q̃ appent, ex vno oꝛta eē, ⁊ ſic tāgit Meliſſum. Meliſſus. n. hęc duo aſſerēs gñationē nec exñtē, nec apparentem ſeruare pōt. At qui ponunt plura vno, ⁊ ſi generationē verā ſeruare nō poſſint, apparentē ſeruare poſſunt, quatenꝰ generationē fieri dicunt congregatione, alterationē vo aut tranſfiguratione, aut tranſoꝛdinatione, vel dici poteſt, ꝙ Ariſtoteles velit dicere quoſdam dixiſſe vnum eſſe pꝛincipium materiale oium rerum, vt vel aerem, vel ignem, vel aquam, ⁊ etiam illud eſſe totam ſubſtātiam rei. iuſta quos opoꝛtet dicere rei ſubſtantiam ſemper manere, ⁊ ita generatio, ⁊ alteratio apud eos non differunt. Democritici vero licet poſuerint plura coꝛpoꝛa in actu eſſe materialia pꝛincipia, ea non poſuerunt totam rei ſubſtantiam. verūde his in cōmētarijs.



A
Ant.c.4. ¶ Sed tamen Anaxagoꝛas etiam pꝛopꝛiam vocē ignoꝛauit. Dicit enim ꝙ fieri ⁊ deſtrui idem exiſtit quod alterari. multa autem eſſe dicit elementa, quemadmodum ⁊ alij.

Dilucidaº. te.c.eiuſdē ¶ Verum Anaxagoꝛas, vocem pꝛopꝛiā ignorauit. Dicit enim ꝙ factio ⁊ deſtructio idem ſint alterationi. Plura vero dicit elementa, quemadmodum ⁊ alij.

Com.4. ¶ Dictum eſt ꝙ plures aſſerendo materias, ſequitur generationem eſſe aliam ab alteratione. Et propterea Anaxagoꝛas pꝛopiam vocem ignoꝛat, quia concedit duo contradictoꝛia. quia bene apud eum ſequitur generationem eſſe alteram, ⁊ non alteram. Pꝛo quanto plures ſunt materię erit altera. pꝛo quanto ipſe tenet generationem eſſe alterationem erit eadem, quare pꝛopꝛiam vocem ignoꝛat. ¶ Animaduerte ꝙ dice-
B re concoꝛditer cum ſuo fundamento eſt pꝛopꝛiam vocem cognoſcere, at dicere diſcoꝛditer cum ſuo fundamento. eſt pꝛopꝛiam vocem ignoꝛare. Hęc ex paraphꝛaſe Auerrois.

Recognes ¶ Animaduerte (vt ex verbis Philoponi colligitur) ꝙ Anaxagoꝛas pꝛopꝛiam vocem ignoꝛauit, pꝛo quanto conceſſit ea omnia, quibus potuit ſeruare generationem eſſe alteram ab alteratione, ⁊ tamen dixit generationem ⁊ alterationem eſſe idem. Conceſſit enim (vt Philoponus inquit) elementa eſſe plura. ergo potuit dicere generationem fieri congregatione illoꝛum pꝛincipioꝛum, diſgregatione vero eoꝛum, fieri coꝛruptione. Rurſus potuit dicere compoſita quę cōgregatione fuerūt genita, variari ſm̄ tranſpoſitionem, ⁊ tranſoꝛdinationem eoꝛum elementoꝛum. ergo potuit ſaltem apparenter ſeruare differentiam inter generationem ⁊ alterationem, vt Democritici fecerunt, ⁊
C tamen dixit generationem non differre ab alteratione. ergo (vt Philoponus aſſerit) pꝛopꝛiam vocem, qua ſua fundamenta expꝛeſſit, ignoꝛauit. Quod etiam Auerroes notauit.

Anti.c.5. ¶ Empedocles enim, coꝛpoꝛea quidem, quatuoꝛ, omnia autem cum mouentibus, ſex numero Anaxagoꝛas autem ⁊ Leucippus ⁊ Democritus, infinita. Hic enim homoeomera elementa ponit, vt os, carnem, medullam, ⁊ alia, quoꝛum vniuſcuiuſqꝫ ſynonyma pars eſt. Democritus autem ⁊ Lecippus, ex coꝛpoꝛibus indiuiſibilibus alia componi inquiunt. hęc autem, infinita ⁊ multitudine ⁊
D foꝛmis eſſe. illa autem ab illis differre, his, ex quibus ſunt, ⁊ poſitione, ⁊ oꝛdine hoꝛum.

Dilucidaº. te.c.eiuſdē ¶ Empedocles quidem enim coꝛpoꝛea quatuoꝛ. Omnia autem cum mouentibus, ſex numero. Anaxagoꝛas vero infinita, ⁊ Leucippus ⁊ Democritus. Hic quidem enim ſimilaria elementa ponit, vt os, ⁊ carnem, ⁊ medullam, ⁊ cętera alia, quoꝛum vnaqueqꝫ pars vniuoca eſt. Democritꝰ vero ⁊ Leucippus ex coꝛpoꝛibus indiuiduis alia componi aiūt. Hęc autem infinita eſſe ⁊ multitudine ⁊ foꝛma. Illa vero ab illis differre his, ex quibus ſunt, ⁊ poſitione ⁊ hoꝛum oꝛdine.

¶ Pꝛima diuiſio erat ꝙ loquentium de materia rerū, quidam vnam dederunt, quidam plures, at ſubdiuiſio nunc eſt ꝙ ponentium plures. quidam numero finitas, quidam infinitas ponunt. Finitas ponit Empedocles, quia ſex, quatuoꝛ ex pte materię. duo ex parte agentis. Infinitas Anaxagoꝛas, Democritus, Leucippus. Ponentium infinitas materias, iterum ſubdiuiduntur. quia alij ponunt ſimilares, vt Anaxagoꝛas, alij diſſimilares. vt Democritus, ⁊ Leucippꝰ. ¶ Ani- E Com.5.
maduertendum pꝛimo ꝙ Empedocles poſuit ſex pꝛincipia. quatuoꝛ quidem coꝛpoꝛea vt elementa, quę mole depꝛehenſa ſunt. Duo vero incoꝛpoꝛea vt litem ⁊ amoꝛem. Hęc enim incoꝛpoꝛea ſunt, quia relationes miſcibilum videntur eſſe, vt Ariſtoteles ait in libꝛo de anima. ⁊ 8. phyſicoꝛum. ¶ Animaduertendum ſecundo ꝙ pars ſimilis dicitur gręce homoeomera, latine ſimilaris, ⁊ ſynonyma latine vniuoca, quando cum ſuo toto idem nomen habet vt caro. Nam quęlibet pars carnis eſt caro. Itemqꝫ ⁊ os ⁊ id genus. Dicitur quidē ſimilaris, quia vnius eſt foꝛmę cum ſuo toto, dicitur vniuoca, quia nomine ⁊ ratione conuenit cum ſuo toto. Ex quo ſequitur ꝙ caro ⁊ os ſunt partes ſimilares, ⁊ diſſimilares. comparatione quidem ad totum animal, ⁊ inter ſe ſunt diſſimilares. comparatione ſeoꝛſum vniuſcuiuſqꝫ ad ſe, ſimilares erunt. quia caro reſpectu partium carnis ſimilare quoddam eſt, ⁊ os reſpectu partium oſſis. at reſpectu animalis ⁊ inter ſe diſſimilares ⁊ diuerſiuocę. Anaxagoꝛas itaqꝫ vult vnūqdqꝫ miſtum effici ex partibus infinitis ſimilaribus, non ꝙ ſint ſimilares reſpectu totius animalis, ⁊ inter ſe, ſed ſeoꝛſum vnaqueqꝫ ad ſui partes. ¶ Tertio animaduertendum ꝙ coꝛpoꝛa indiuidua, ex quibus compoſita ſunt, apud Leucippum ſunt ⁊ diſſimilaria, ⁊ diuerſiuoca tripliciter. diſſimilaria quidem comparatione facta vnius ad ſe. quia totum indiuiduum ⁊ pars figura differunt, ⁊ inter ſe. quia indiuidua illa nomine ⁊ foꝛma differūt inter ſe. ⁊ reſpectu totius miſti, quia noīe ⁊ foꝛma ab illo differunt. igitur reſpectu miſti diſſimilaria ⁊ diuerſiuoca, ⁊ inter ſe ſimiliter. ⁊ comparatione vnius ad ſe. ⁊ ſic tribus modis. Et propterea dicūt illa compoſita differre ab illis, vt equum ab homine, his, ex quibus illa indiuidua ſunt. vz ⁊ poſitione, ⁊ oꝛdine, ⁊ id genus. ¶ Quarto animaduertendum ꝙ cōpoſitionum altera eſt integralis ⁊ quantitatiua. Et hęc ex infinitis fieri partibus ſiue ſimilaribus, ſiue diſſimilaribus nihil pꝛohibet (⁊ ſi ſic antiqui ſentiunt, bene dicunt, vt Simplicius inquit phyſicoꝛum pꝛimo) altera eſſentialis, videlicet ex partibus quarum vna actus eſt, altera potentia. Et hoc modo Ariſtoteles compoſita dicit fieri ex materia ⁊ foꝛma. ꝙ ſi de hac compoſitione antiqui loquantur, errant omnino.

Nota pꝰ. Nota 2°. F Nota 3°. G Nota 4.

¶ Animaduerte ꝙ Philoponus concoꝛdat cum expoſitione aſſignata in commentarijs, vult enim ꝙ Ariſtoteles quaſi ſubdiuidat poſitiones eoꝛum, qui dixerunt rerum elementa eſſe plura. Nam alij poſuerunt finita, vt Empe. qui materialia quidem, ⁊ veluti paſſiua quatuoꝛ coꝛpoꝛa ſuppoſuit. Factiua vero, ⁊ motiua litem ⁊ amicitiam. Alij vero poſuerunt infinita, q iterū ſubdiuidunt, quia alij pñcipia illa infinita poſuerūt homoeomera, hoc eſt ſimilaria, vt Anaxa. Alij diſſimilaria, vt Democritus. Vex Philoponus de mēte Ariſtotelis narrat opinionem Epicureoꝛum, qui cum Democriticis conuenientes dixerunt atomas multitudine infinitas, ſm̄ figuras vero incompꝛehenſibiles quidem, non tamen infinitas. contra quoꝛum opinionem H Recognes

I Alexander, ⁊ Philoponus argumētantur, quia ſi atome multitudine ſunt infinitę. vꝫ vt etiam ſint infinitę, alioquin eadem figura reperietur in pluribus atomis, ⁊ ſic non differrent figuris. Quo vero ad verba attinet, cum Ariſto. dicicit [Illa autem ab illis differre his ex quibus ſunt, ⁊ poſitione, ⁊ ordine horum.] Ariſtoteles per illa (vt Philoponus inquit) Intelligit cōpoſita, quę ex atomis cōſtant quę atomata dici poſſunt. Hęc enim differunt ab illis, hoc eſt inter ſe, quatenus vnus atomatuꝫ compoſitum differt ab altero in tribus. ſcilicet in atomis ipſis, in poſitione atomorum, ⁊ in ordine ipſarum. Propterea dicit his, ex quibus ſunt, hoc eſt atomis ipſis, quia (vt Philoponus inquit) ignis et terra non ſunt ex eiſdem atomis. nam ignis ex ſphęricis. terra ex cubicis. dixit ⁊ poſitione atomorum, quatenus in vno compoſito atomi vna poſitione

K conſtituuntur, in alio vero, alia, vt verbi cauſa, in vno cōpoſito ſphęricę atomę conſtituentur in ſuperiori, cubicę ⁊ inferiori, in atomato alio cōpoſito, contra. dixit ⁊ ordine, quia etiam compoſita atomata differunt inter ſe ordine atomorum, qui attenditur ſm prius, ⁊ poſterius, quatenus in vno compoſito in prioribus partibus erunt atomę ſphęricę, ⁊ in poſterioribus atomę cubicę. in alio vero compoſito contra. veluti in ſyllabis ſo, ⁊ os. Fiunt enim ex eiſdem literis, aliter atqꝫ aliter conſtitutis, vt Philoponus inquit. ergo atomata hęc compoſita differunt ab illis alijs tripliciter, his atomis, ex quibus ſunt, poſitione atomorum, ⁊ ordine. Poſitio enim differt ab ordine, quia poſitio attenditur penes ſurſum, ⁊ deorſum, ordo vero penes prius ⁊ poſterius, vt notauit Philoponus.

Anti. c. 6. ¶ Contrarie autem videntur dicere hi qui circa Anaxagoram, eis qui circa Empedoclem. Hi enim, inquiunt ignem ⁊ aquam ⁊ aerem ⁊ terram elementa quatuor, ⁊ ſimplicia eſſe magis ꝙ carnem ⁊ os ⁊ talia ſimilium partium. Hi autem, hęc quidem ſimplicia ⁊ elementa eſſe, terram autem, aquaꝫ

L ⁊ ignem ⁊ aereꝫ compoſita omniſeminariuꝫ enim eſſe horum.

Dilucida°. te. c. eiuſdē ¶ Contrarie autem videntur dicentes, qui circa Anaxagoram, his qui circa Empedoclem. Hi quidem enim ignem, ⁊ aquam, ⁊ aerem, ⁊ terram elementa quatuor: ⁊ ſimplicia eſſe magis ꝙ carnem ⁊ os, ⁊ cętera ſimilaria. Hi vero, hęc quidem ſimplicia ⁊ elementa. Terram vero ⁊ ignem ⁊ aerem compoſita. *Omnigermiam eniꝫ eſſe illorū.

Com. 6. ¶ Quę Ariſtoteles inquit, patent. Veruꝫ animaduertendum ꝙ poſitiones hę poſſunt hac ratione concordari, ꝙ compoſitio eſt duplex, aut (vt diximus) quan-

M titatiua, ⁊ ſic elementum vnumquodqꝫ ex partibus fit ſimilaribus. vt bene ait Anaxagoras. alia eſt compoſitio elementaria. ⁊ hoc modo vnumquodqꝫ miſtuꝫ fit ab elementis. quare ſi de compoſitione quantitatiua loquimur, bene ait Anaxagoras primam compoſitionem ex ſilaribus proficiſci, quando quideꝫ vnūquodqꝫ quantum ex partibus fit quantitatiuis. Et hoc modo vnumquodqꝫ elemētum fit ex carne ⁊ oſſe ⁊ id genus, quia quodlibet eſt in quolibet, at ſi de eſſentiali compoſitione, bene Empedocles, cum vnaquęqꝫ illarum ex elementis fiat.

N ¶ Secundo animaduerte ꝙ gręci codices habent πανσπερμιαν, latine non habet nomen vnuꝫ, ſed dici poteſt omnigermia, verbum, verbo reddendo. pāſpermia oigermia.

¶ Animaduerte (vt ex verbis Philoponi colligitur) ꝙ Anaxagoras differt ab Empedo. primo in poſitione principiorum, quia Anaxagoras materialia reruꝫ principia ſuppoſuit homoeomera, hoc eſt ſimilares partes. Empedo. vero elemēta. ſecundo in modo ponendi generationem ex illis principijs, ꝙ Anaxagoras conceſſit in principijs, ⁊ principiatis reciprocationem, nam dixit elememēta fieri ex homoeomeris, hoc eſt ſimilaribus, quia ignis videtur fieri ex carne, ⁊ neruo; ⁊ id genus, ⁊ econtrario, quia etiaꝫ caro ⁊ os, ⁊ id genus fiunt ex elementis. Aſſeruit enim ex quolibet fieri quodlibet. Empedo. vero reciprocationem negauit, quia dixit omnia fieri ex elementis, elementa vero eſſe ingenerabilia, ergo poſitiones iſtę cōtrarie ſe habēt (vt Ariſtoteles inquit) ⁊ Philoponus exponit. Recognes

O ¶ Pręterea animaduerte vlterius homoeomera, hoc eſt ſimilaria poſſe conſiderari ratione habita ad remotas partes ſcilicet materiam ⁊ formam remotas: ⁊ ſic reſpectu earum non dicuntur homoeomera, ſed potius diſſimilaria. aut ratione habita ad partes propinquiores, vt ad elementa: ⁊ ſic minime ſunt homoeomera. aut ratione habita ad partes quātitatiuas proximas, ⁊ ſic ſunt homoeomera. Vel pōt aliter dici, ꝙ conſiderari poſſunt reſpectu partium eſſentialium, ⁊ ſic ſunt diſſimilaria. vel reſpectu partium integralium, ⁊ ſic ſunt homoeomera.

Anti. c. 7. ¶ His igitur qui ex vno omnia conſtituunt, neceſſe eſt dicere generationeꝫ ⁊ corruptionem, alterationem. ſemper enim ſubiectum

P manere vnum ⁊ idem. tale autem alterari dicimus. His autem qui genera multa faciunt, differre a generatione alterationem. conuenientibus enim ⁊ diſſolutis, generatio contingit ⁊ corruptio, ⁊ ideo dicit Empedocles hoc modo, ꝙ nullius natura eſt, ſed ſolum ⁊ miſtio ⁊ ſegregatio miſtorum. Quod igitur proprius ſit ſermo eorum ſuppoſitioni ita loqui manifeſtum eſt, ⁊ ꝙ dicunt hoc modo.

Dilucida°. te. c. eiuſdē ¶ His quidem igitur qui ex vno omnia conſtituunt, neceſſe eſt dicere generationem ⁊ corruptionem, ⁊ alterationem eſſe. Semper enim manere ſubiectum hoc ⁊ vnum. Hoc autem idem alterari dicimus. His vero qui

Q genera multa faciunt differre alterationem a generatione. Conuenientibus eniꝫ ⁊ diſſolutis, generatio euenit ⁊ corruptio. Propter quod ⁊ Empedocles hoc modo ait. ꝙ natura nullius eſt. ſed ſolum miſtio ⁊ ſegregatio miſcibilium. Quod quidem igitur hic ſermo conueniat ſuppoſitioni eorum ſic loqꝫ, pꝫ, ⁊ quoniam dicunt hoc modo.

Com. 7. ¶ His enarratis hac in parte iuxta dicta duas ponit concluſiones. prima, tenentes vnuꝫ materiale princi-



A pium coguntur dicere generationeꝫ eſſe alterationē. probat. quia alteratio eſt quoties ſubiectū eſt vnum ⁊

Dubitatio. idem, ⁊ hoc confitentur. ¶ Sed dices. ꝙ etiam apud Ariſtotelem ſequetur idem, qꝛ concedit vnam mate-

Solutio. riam ⁊ eādem omniuꝫ. ¶ Reſpondet Auer. 12. metaphy. com̄. 14. ꝙ materia eſt vna ⁊ eadem oīum priuatione formę. at apud hoſce materia eſt vna ⁊ eadē ſm formaꝫ. Et propterea apud hos generatio eſt alteratio. ¶ Secūda concluſio. ponentes plura materialia principia, coguntur dicere generationem eſſe aliā ab alteratione. ꝓbat. qꝛ generatio erit partium ⁊ principiorum congregatio, corruptio eorum diſgregatio. alteratio vero erit congregati euariatio. quare poterūt differentiam illarum bene ſaluare. hac de cā Empedocles ait. naturā cuiuſlibet entis eſſe nullius ſpēi per ſe aliam a miſcibilibus, ſed ſolum miſtionem vel ſegre-

B gationem, qꝛ congregatio illa totius nō differt a par-

Dubitatio tibus ſimul ſumptis. ¶ Sed dices. nec iſti poſſunt ſal-

Sol. expoſitorum. uare veram differentiam illarum, qm̄ etiaꝫ principia illa materialia ſunt in actu. ¶ Reſpondent expoſito-

Replica. res ⁊ bene, ꝙ in rei veritate nō ſaluant. ſed ſm apparentiam, at primi nec exiſtēter nec apparēter ſaluāt. ¶ Dices. ꝙ hoc ſit falſum. quia Auer. primo phyſi. cō. 41. ait. Pamenidem ⁊ Melliſſuꝫ cōcedere entia duobus modis vera ⁊ apparentia. igitur apparenter pōt ſaluare generationē. Fortaſſe Ariſtoteles hoc aduertens ſubſcribit. [ꝙ quidē igitur hic ſermo conueniat eorum ſuppoſitioni ſic loqui, pꝫ. ⁊ qm̄ dicunt hoc mō] q. d. ꝙ reuera nullus poteſt ſaluare veram generationem. ⁊ omnes poſſunt ſaluare apparenteꝫ generationem. at ipſi loquuntur hoc modo. tu vero conſiderat.

Digreſſiones Egidij. ¶ Sed circa hęc occurrūt ſpeculationes Egidij, quarum prima eſt. vtruꝫ hęc poſſit ſtare in poſitione De-

C mocriti, ꝙ corpora quę ſunt rerū principia ſint indiui-

So. Egidij dua, ⁊ figurata. ¶ Quicquid alij dicunt. Egidius tenet ꝙ corpora illa poſſunt conſiderari in eo ꝙ quanta, ⁊ in eo ꝙ naturalia. Si conſiderentur in eo ꝙ quanta, ſic ſunt diuiſibilia in infinitum. Si in eo ꝙ nālia ſic eſt deuenire ad minimum de quolibet generatuꝫ. Tunc vult Democritus voluiſſe corpora illa eſſe indiuidua vt ſunt naturalia, non autem vt quanta. ⁊ ſic dici poſſunt indiuidua, ⁊ quāta, ⁊ figurata.

Argumēta ꝯ Egidiuꝫ. ¶ Sed contra hanc conuenientiaꝫ arguunt quidam, ⁊ oſtendunt ꝙ nullo modo ſit dare indiuiduum. Primo.

p° rō quia quicquid ſequitur ad conſequens ſequitur ad antecedens. ſed hęc ſe habent vt antecedēs ⁊ cōſequēs. vꝫ naturale ⁊ quantū. igitur quicquid ſequitur ad quātum, ſequitur ad naturale, ſed bene valet. eſt quantuꝫ.

D igitur indiuiduꝫ. igitur ſi naturale erit, erit ⁊ diuiduū.

2ª quare vtroqꝫ modo erit diuiduꝫ. ¶ Secūdo arguo. omnę quantum eſt diuiſibile in eo ꝙ naturale. omne corpus phyſicum eſt quantū. igitur omne corpus phyſicū eſt diuiſibile in eo ꝙ naturale. Syllogiſmus eſt ex maiori reduplicatiua, ⁊ minori abſoluta. Maior pꝫ, qꝛ diuiſio eſt corruptio, ⁊ corruptio eſt entis quāti vt eſt

3ª naturale. Minor pꝫ. ¶ Tertio ſophiſtę arguunt, quia tunc motus eſſet in non tēpore vt alteratio, augumētatio ⁊ id genus. conſequentia patet. quia minimum in inſtanti acquiritur. quia ſi in tempore, tunc per parteꝫ poſt partem. igitur eſſe diuiſibile. conſequens eſt con-

4ª tra Ariſto. 6. phy. ¶ Quarto. tunc rei permanentis daretur vltimum. Nā applicetur in hoc inſtante, qđ eſt pręſens, agens corrumpēs ipſi minimo. ⁊ patet ꝙ in hoc inſtante, quod eſt pręſens, eſt illud minimum, ⁊ immediate poſt hoc non erit. igitur fuit illud vltimum eius inſtās.

E ¶ Quinto. propter quid poteſt dari mini-

5ª muꝫ in eo ꝙ naturale. ⁊ non in eo ꝙ quantum. quantitas enim eſt diſpoſitio cōpoſiti naturalis, veluti ⁊ qualitas. Et hęc dubitatio eſt occulta valde. ¶ Hęc quęſtio de minimis diffuſe in libro de ſubſtantia orbis. ⁊ 6. phyſicorum tractata eſt.

Sol. dubitationem. ¶ Nunc vero ad rōnes. Ad primam cōcederet nouus expoſitor totum, ⁊ qđ minimū naturale eſt quantum, ⁊ eſt diuiſibile, ſed non in eo ꝙ compoſitum naturale. ¶ Ad ſecundum negaret maiorem, quia quantū in eo ꝙ quantum eſt diuiſibile. ⁊ non in eo ꝙ naturale, multę enim ſunt res naturales indiuiduę vt cęlum, ⁊ ſtella omnis, ⁊ id genus. Sed ſi ſunt diuidua, in eo ꝙ quāta, diuiſibilia efficiuntur, vt in libro cęli ſatis. Probatio maioris nulla eſt, quoniam diuidi eſt dupliciter. per ſolutionē continui realem, aut mentalem, qualem ma-

F thematici ſeruant, prima fortaſſe eſt corruptio, nō ſimpliciter, ſed continui. ¶ Ad tertium concederet Egidius ꝙ ſolus motus localis eſſet continuus ⁊ ſucceſſiuus. ſed cęteri ſucceſſiui. ⁊ nō continui, vt etiam Auerroes ait. 8° phyſicorum. cōmen. 23. ſucceſſiui quideꝫ, qꝛ fiunt per minima. quorum vnum poſt aliud fit. non autem continui, quia inter primi minimi ⁊ ſecundi generationem intercidit tempus. Ad quartum negaret cōſequentiam. Nam primuꝫ inſtans applicati eſſe diceret eſſe primum illius non eſſe. ⁊ ſic negaret ꝙ in hoc inſtante quod eſt pręſens ſit, quia illud eſt primum inſtans aplicati eſſe, quod eſt primum non eſſe minimi. ¶ Sed dices. illo in inſtante vel applicatur enti vel non enti. Si non enti, applicatio nulla erit, non enti enim nihil applicatur. Si enti igitur primū inſtans applicationis ſiue applicati eſſe, non erit primum, non

G eſſe illius. ¶ Secundo. omnem generationem, oēmqꝫ corruptionem pręcedit alteratio. ſexto phyſicorum. Si igitur nunc primo minimū corrumpitur, prius alterabatur. Igitur primum inſtans applicati eſſe non erit primum non eſſe illius. Et hoc eſt totum poſſe ſophiſtarum contra Egidium, Thomam, ⁊ Auerroem. ¶ Ad primuꝫ diceret Egidius ꝙ enti applicatur, ⁊ nō enti. enti quideꝫ in potentia. Non enti vero in actu. qđ ſat eſt. ¶ Ad ſecundum diceret omnem corruptioneꝫ pręcedere alterationem per rationem generis, vt. 6. phyſicorum. cōmen. 15. ſed per rationem ſpeciei nō eſt verum, vel intelligitur omnem generationeꝫ ⁊ corrutionem pręceſſiſſe alterationem vel in eodem ſubiecto cum generatione, vel in alio diſtincto loco ⁊ ſubiecto, ⁊ hoc ſatis. ¶ Ad quintum principale dicerem nunc, lꝫ alibi ſalis dixi. ꝙ compoſitum naturale propter formam ⁊ propter actionem eſt limitatuꝫ ad ma-

H ximum ⁊ ad minimum. ꝓpter formam quidē, quoniaꝫ forma requirit certas diſpoſitiones, quibus conſeruetur in materia. ⁊ quibus agat in ſuum contrarium. ⁊ quibus reſiſtat corruptiuis cauſis, tale autem eſſe non poteſt, niſi ſit determinatum ad maximū ⁊ minimuꝫ propter actionem vero, quia actio eſt finis formę. igitur tādiu eſt forma in materia, qꝫdiu poteſt agere, ſed nō poteſt agere in infinita modica materia. Igitur nō poteſt eſſe in infinita modica materia. Hęc latius diximus alibi. Hęc ⁊ Egidius diceret iuxta ſua fundamēta. ¶ Secunda dubitatio eſt in opinione Anaxagorę, quę ſatis tangitur ab Egidio. Illud tamen non ignorandum ꝙ Democritus poſuit infinita corpora indiuidua eſſe rerum principia. Hęc autem non erant illa corpora indiuidua, quę ⁊ atoma etiā quādoqꝫ vocat. Sed (vt dicit Simplicius) opinatus eſt omnia eſſe ab vno pro-

I ducta per formas pręcognitas, quę erant indiuidua ⁊ corpora, indiuidua quidem, quia in vno ſimplici contenta, corpora vero, pro quanto repręſentant corpora illa, quam opinionem ⁊ Ariſtoteles nõ negaſſet, vt Auerro. 12. metaphy. cõmẽ. 36. vbi ait. omnes formas contineri in potentia in prima materia, actu vero in primo motore. Amplius Anaxagoras triplicem mundum dicit, vt Simplicius ait. Primum effectricez. vltimum effectum. tertium medium a primo quidez deriuatum, ⁊ vltimum deriuantem, hunc mundum ap-

pan pellat πᾶν, hoc eſt omne ⁊ quodlibet, qꝛ in nullo eoꝝ deficit aliquid quod eſt in altero, vt enim in mundo effecto ſunt quatuor elementa, ſic ⁊ in mundo medio, qđ eſt cęleſte, ſic ⁊ in mundo ineffecto, hoc eſt euãgelico ⁊ intellectuali, ⁊ ita voluit quodlibet effici a quoli-

K bet, nam cęlum efficitur a mundo angelico, qui eſt qđlibet, ⁊ a cęlo elemẽtarinz. Aut (vt calcidius ait.) Anaxagoras poſuit triplicem mundum. vz formaz, vt deũ, ⁊ intelligibilẽ, vt angelicum, ⁊ ſenſibilem, ⁊ vocauit ſingulum horum πᾶν, ſiue quodlibe, quia quicquid eſt in vno eſt in altero, vt declarat longo ſermone, ⁊ hic mundus ſenſibilis eſt a mundo angelico, ⁊ angelicus ab ipſo mũdo formę, igitur a quodlibet ⁊ quolibet. Ariſtoteles igitur tantum contra verba certauit. ſed an res ſeſe habeat ſic. eſt parum ad propoſitum, quia hoc nos non intẽdimus. Hęc ſatis pro dictis antiquorum.

Recognes ℂ In cõmẽtarijs deficit cõtinuatio, ideo ſm Philoponum cõtinuat ſic textus, ꝙ cũ ſuperius narrauit duas opiniones, aalteram ꝙ generatio ſit alteratio, alteraz ꝙ generatio differat ab alteratione, in hac parte vult manifeſtare rationes, qbus mouebantur ad ſic dicẽdum. nã ſuperius opiniones ⁊ earuz rationes dixit tñ. hic vero rationes earum manifeſtat. Quaz continuationẽ diuus Thomas nõ ſpreuit.

Declaratio pe põnis. ℂ Animaduerte autem ꝙ qui ponunt materiale principiũ vnum corpus actu, vt ignẽ, vel aerẽ, vel aquã, aut horum medium,

L coguntur ponere generationẽ eſſe alterationem. Cã eſt, qꝛ ponunt illud materiale pncipiuz eſſe corpus in actu ſpecifico, ac completum in ſua ſpẽ, ⁊ cuz hoc voluerunt tale materiale principium eſſe totam ſubſtantiam rei, quę generatur ex illo principio. Sunt huius opinionis Diogenes apollinates, ⁊ Anaximenes, qui dixerunt mãle principium eſſe aerem. Amp. eiuſdem opinionis ſunt Heraclitus ephesius, ⁊ Hipparchus metapontinus, qui materiale omnium principiũ fecerunt ignem. Pręterea eiuſdez opinionis ſunt Thales Mileſius, ⁊ Hippon, qui omnium materiale principium aſſeruerunt eſſe aquam. Inſuper einſdem opinionis dicitur fuiſſe Anaximander, qui omnium materiale principium voluit eſſe corpus mediuz, ⁊ aliud ab elementis. Omnes enim iſti ex eo quia dicũt materiale principium eſſe corpus in actu, ⁊ totam ſubſtantiaz

M eius, quod ex illo generatur, cogebantur aſſerere generationem eſſe alterationem.

Declaratio 2e põnis. ℂ Qui vero dixerunt plura principia materialia, vt Empedocles qtuor elemẽta. Et Democritici atomos, qzqz ea velint corpora eſſe in actu, quia ipſa non dicunt eſſe totã ſubſtantiaz rerum, quę ex his principijs conſtant, generationez ⁊ alterationem non eſſe idem aſſerere coguntur. vnde Ariſt. inquit. [His aũt, qui genera multa faciunt.] (Et itelligit p genera, elemẽta ac principia materialia, vt dicit Philoponus). [Accidit dicere a generatiõe differre alterationẽ.] Cuius cauſam manifeſtat, cũ dicit. [Conuenientibus enim ⁊ diſſolutis generatio contingit, ⁊ corruptio.] Siiatio quidem illorum principiorum cõgregatione. corruptio vero diſſolutione. Sed

N dices corpora illa ſunt entia in actu. ergo p congregationẽ eorum non variatur ſubſtãtia eorũ, ⁊ ſic nõ erit generatio. Ariſtoteles ergo innuit ſolutionez (⁊ ingt.) Et ideo dicit Empe. hoc modo ꝙ nã hoc eſt forma naturalis, quę congregatione fit, nullius eſt eorum, q̃ miſcentur, ſed ſolum eſt ſubſtãtia alia ab elementis, quę eſt ⁊ miſtio, cũ fit, ⁊ ſegregatio, cuz corrumpit. Ergo lz principia materialia illa ſunt corpora in actu, quia tamen non ſunt tota miſtorum ſubſtãtia, aſſignare poſſunt differentiam inter generationem ⁊ alterationez. Democritici etiam idem ſentiũt, nã (vt inquit Philoponus) licet atomi ſint corpora in actu, quia tñ nõ ſunt tota ſubſtantia rerum atomatarum, ideo Democritici poſſunt inter generationẽ ⁊ alterationẽ differentiam aſſignare. In cõmẽtarijs, vero aliter verba hęc intelleximus. Nunc tñ hęc expoſitio mihi placet. Tũc epilogat (vt exponit Alexãder) ⁊ dicit ꝙ ita loqui de ge-

O neratione. vz ꝙ differat ab alteratione, ſit ſermo eorum ſuppõni cõueniens, quę eſt, ꝙ plura ſunt principia materialia manifeſtum eſt. eſt etiam manifeſtuz ꝙ dicant hoc modo, q̃ſi dicat. id quod dictum eſt de differentia generationis ⁊ alterationis non modo conſonat ſuppoſitioni eorũ, ſed etiam ita expreſſe dixerunt, quare bene dictum eſt. Ex his pz dĩa inter hãc expoſitionẽ, ⁊ eã, quam attulimus in commẽtarijs.

ℂ Neceſſe autem eſt, ⁊ his dicere generationem eſſe aliquid pręter alterationem. impoſſibile tamen eſt, ſm ea quę ab eis dicunt. Hoc autẽ, ꝙ dicimus recte: facile eſt videre. quẽadmodum enim videmus quieſcẽte ſubſtãtia in ea tranſmutationem fieri ſm magnitu- Anti. c. 8.

P dinem, quę vocatur augumẽtatio ⁊ diminutio, ſic ⁊ alterationem. Sed tamen ex quibus dicunt, plura principia facientes vno, impoſſibile eſt alterari. paſſiones eñ ſm quas hoc dicimus contingere, differentię elementorũ ſunt. dico autem, vt calidum ⁊ frigidum, album ⁊ nigrum, ſiccum humidum, molle durum, ⁊ aliorũ vnũquodqz. vt inquit. ⁊ Empedocles, ſolem albũ videre ⁊ calidũ, hymbrem autem in omnibus nigrum ⁊ frigiduz. Similiter autem determinat, ⁊ de reliquis. Quapropter ſi non ſit poſſibile ex igne fieri aquam, neqz ex aqua terram, neqz ex albo nigruz erit aliquid, neqz ex molli durũ. Eadẽ aũt ratio, ⁊ de alijs. Hoc autẽ erat alteratio.

Q ℂ Neceſſarium vero ⁊ his alterationem, dicere quidez eſſe aliquid pręter generationẽ. Impoſſibile tamen eſt ſm ea quę ab illis dicuntur. hoc autez ꝙ recte dicimus, facile eſt videre. Quemadmodũ eniz videmus quieſcente ſubſtantia, in ipſa tranſmutatione ſm magnitudinẽ. quę vocatur augumentatio et diminutio, ſic ⁊ alterationẽ. Attamen p quę dicũt q plura principia faciunt vno. impoſſe eſt alterari. Paſſiones enĩ p quas dicimus id cõtingere, differentię elementorum ſunt. Dilucidatio te. c. eiuſdẽ



A Dico autem vt calidum, frigidum, album, nigrum, aridum, molle, durum. ⁊ cęterorũ vnumquodqz, quẽadmoduz ⁊ Empedocles inquit. ſolem quidem albuz videre ⁊ calidũ oĩno. hymbrẽ vero in omnibus ⁊ frigidũ ⁊ ⁊ nigrum ⁊ nebuloſum. Similiter autez determinat ⁊ de reliquis. Quapropter ſi nõ eſt poſſibile ex igne generari aquaz, nec ex aqua terram, nec ex albo nigruz quicqz erit. nec ex molli durum, eadem autem ratio ⁊ de alijs. hoc autem erat alteratio.

Com. 8. ℂ Obijcit nunc contra antiquos ⁊ pponit cõtra hos, ꝙ ipſi coguntur dicere alterationem eſſe aliquid pręter generationẽ quantum ad verborum eoruz ſuperficiem, verum quantuz ad eorum fundamẽta, negare

B hoc coguntur. primo oſtẽdit primum hoc modo. ſicut augumentatio eſt motus ſm magnitudinem ſubſtantia ipſa non mutata, ita alteratio erit motus ſm qualitatem. ſubſtantia non mutata, ſubaudi. ſed iſti ponunt huiuſmodi motum ſm qualitatem elementis ipſis nõ mutatis, vt congregationem ⁊ diſgregationẽ vbi elementa manent eadem, igitur concedunt alterationez, quantũ ad ſuperficiem verborũ, hoc eſt primuz. Deinde [attamen] oſtendit ſecundum. vz ꝙ per fundamenta eorum coguntur concedere alterationez non eſſe, ⁊ per conſequẽs nõ eſſe pręter generationem. Ad hoc autem petit ſibi cõcedenda duo. vnum expreſſit. vz ꝙ paſſiones per quas ſit alteratio ſunt differẽtię elemẽtorum, vt calidum, frigidum, albũ, nigrum, aridũ, molle, durum, ⁊ cęterorum vnũquodqz id genus, quod pa

C patet carmine Empedoclis, qui ſolem album videre ⁊ caliduz nos ait oĩno, ⁊ apud euz ſol ignis erat. hymbrem vero in omnibus ⁊ frigidum ⁊ nigrum, ⁊ nebuloſum, ⁊ inintendit aquam. Similiter autem determinat ⁊ de reliquis. Sic igitur patet, primo ꝙ paſſiones per quas alteratio fit, ſunt elementorum differentię.

ℂ Petit ſecundo ⁊ non explicat, quia apud omnes illos erat famoſum, ⁊ maxime apud Empedoclem, cõtra quẽ pręcipue nunc inſtat, ꝙ elementa nec ſunt generabilia, nec corruptibilia ſm ſubſtantiam, ⁊ hoc eo patet, quia ſunt prima rerum principia. oportet enim principia ſemper manere, ⁊ perpetua eſſe, aliter eẽnt principiata. His duobus fundamentis conceſſis ſz ea quę dicũt, arguit. nõ poteſt vnũ elementũ ex alio gñari, vt nec ignis ex aqua, nec ex aq̃ terra, igit nec albũ ex nigro, nec ex molli durum. Eadem autez ratio ⁊ de cęteris quibus alteratio fit, hęc autem erat alteratio.

D Quare iſti coguntur duo contraria dicere. Primum, ꝙ alteratio ſit, ⁊ aliquid pręter generationem, ⁊ hoc patet per eorum verba. Scđm, ꝙ alteratio nõ ſit, ⁊ p conſequens nõ differat a generatione, ⁊ hoc pz iuxta eorum fundamenta. Sed quomodo valeat hęc conſequentia, non poteſt eſſe generatio elementorum inuicem, igitur nec alteratio in primis eoruz qualitatibus, nec in ſecũdis, quę ab illis primis ſunt poſterius diſputabimus, nũc vo ſatis eſt intellectus verboꝝ craſſus.

Recognes ℂ In cõmẽtarijs non ponitur continuatio, ideo dicamus ſm Philonum, ꝙ cũ Ariſto. oſtendiſſet ponentes plura materialia principia poſſe aſſignare differẽtiã inter generationem, ⁊ alterationez, nunc vult eos increpare, ⁊ ſm Philoponuz ponit duas concluſiones, primã ponentibus materialia principia plura, neceſſe eſt dicere generationem eſſe aliquid pręter altera-

E tionez. ſcđam ponentibus principia materialia plura, neceſſe eſt ſm ea, quę ipſi dicunt, dicere generationẽ non eſſe aliquid pręter alterationem. vnde primã concluſionem ponit, cũ inquit. Neceſſe eſt autẽ ⁊ his, qui principia materialia plura aſſerũt, dicere generationem eſſe aliquid pręter alterationem. hęc eſt prima concluſio. Deinde ponit ſcđam. Impoſſibile tñ eſt ita ſupple dicere, ſm ea, quę ab eis dicuntur, ⁊ ſic habet ſecunda cõcluſio. Ordinat autem diuus Thomas ſic textus. nam aſſerit Ariſto. primo obijcere cõmuniter cõtra eos omnes, qui principia materialia plura eſſe profitentur. Scđo ſpeciatim cõtra Empe. vt ibi [Empedo. igitur.] Philoponus vero vult ꝙ hęc increpatio non ſit communis ad omnes illos, qui generationẽ faciunt ſm concretionez, ſed ſit propria ad Empedoclem. Quę expoſitio vbis Ariſto. eſt conuenientiſſima.

F Circa vero has concluſiones (vt Philoponus ingt) ſic procedit, quia primo oſtendit primã, cũ inquit. hoc autem. ſ. primam concluſionez, ꝙ dicamus recte, hoc eſt ꝙ ita ſit, vt prima concluſio dicit, facile eſt videre. Nam quemadmodum videmus, ⁊ ita eſt, quieſcente ſubã, hoc eſt ſeruata ſubã in ea fieri trãſmutationẽ ſm magnitudinẽ, q̃ vocat augumẽtatio ⁊ diminutio, Sic euidẽs eſt ſeruata ſubã fieri tranſmutationẽ ſm quale, quę eſt alteratio, quia igitur antecedens euidens ⁊ de facto verum, erit ⁊ conſequens etiam euidens, ⁊ de facto verum. Quare neceſſe eſt ipſis dicere alterationẽ eſſe, ⁊ eẽ aliquid pter gñationẽ, qđ erat prima concluſio, vt pulchre Philoponus expoſuit. Deinde oſtendit ſecundam, cum inquit. Sed tamẽ facientes principia plura vno ex his rationibus, quibus dicunt, impoſſibile eſt alterari, hoc eſt alterationem concedere, quare impoſſibile erit alterationem eſſe aliud a generatione vt aſſumptis duabus ſuppoſitionibus, optime in commẽtarijs eſt declaratum. Quam expoſitionem

G Philoponus laudat, ⁊ eã narrauit ſcđo loco in cõmẽtario huius loci. Alexander vero aliter verba Ariſtotelis exponens, vult ꝙ Ariſtoteles ponat duas concluſiones, quaruz prima eſt, ꝙ tenentes principia materialia plura, coguntur concedere alterationez eſſe. Scđa vero eſt, ꝙ licet ita dicant, ſm eoruz fundamenta, neceſſe eſt ipſis dicere alterationẽ nõ eſſe. ergo verbis affirmãt alterationẽ, ⁊ rõnibus, ex quibus loquuntur, eã coguntur negare. Differt autem hęc expoſitio ab illa Philoponi, quia illa vertitur circa differentiã inter generationem ⁊ alterationez. hęc Alexãdri vertitur circa eſſe vel non eſſe alterationem. Dicit tamen totum hoc Ariſtotelem inducere contra Empedoclẽ vnde prima verba legit hoc pacto Alexander, neceſſe autem eſt ⁊ his dicere generationẽ eſſe aliquid pręter alterationẽ, ⁊ ſic oportet dicere alterationem eſſe

H in reruz natura, quia ſi generatio eſt pter alterationẽ, ⁊ generatio ⁊ alteratio erunt. Hęc eſt prima cõcluſio. Secundam ponit, ⁊ inquit. Impoſſibile tamẽ eſt ſupple alterationẽ eſſe aliquid in rerum natura ſm ea, q̃ ipſi dicunt. Deinde volens demõſtrare ꝙ Empe. per quę dicit, deſtruat alterationẽ, primo reducit ad memoriã quid ſit alteratio, ⁊ vult ꝙ alteratio ſit tranſmutatio facta in ſubã, ſubã eius in quo fit manẽte. Quam definitionem oſtendit exemplo augumentationis, qa (vt Philoponus dicit) augumentationem omnes cõcedunt, non tamen omnes cõcedũt alterationẽ. Pythagoras enim cõtra alterationem pugnauit. nullus autem ad augumentationẽ oppoſuit. vnde dicit. Hoc

I autem ꝙ dicamus recte, hoc eſt ꝙ alteratio nõ ſit, ſit
recte dictuꝫ contra Empedo. facile eſt videre. poſtea
ſubmemoꝛat quid alteratio ſit, ⁊ inquit. Quemadmo-
dum enim videmus quieſcente ſubſtantia, ⁊ nõ varia-
ta, in ea tranſmutationem fieri ſm quantuꝫ, ⁊ magni-
tudinem, quę vocatur augumentatio, ⁊ diminutio, ſic
⁊ alterationeꝫ dicimus eſſe trãſmutationem quieſcen-
te ſubſtantia, ⁊ ſic patet quid ſit alteratio, ſtante hac
definitione, oſtendit contra Empedo. ꝙ ſtantibus his
quę dicit, opoꝛtet negare alterationem, ⁊ pꝛimo nar-
rat quę Empedo. dicit, quoꝛum vnum expꝛeſſe ponit
Ariſto. alterum clam innuit ſumma bꝛeuitate vtens.
Pꝛęmittit tamen intentioñ, ⁊ dicit, ſed tamen ex qui-
bus dicunt plura pꝛincipia vno faciẽtes, impoſſibile
K eſt alterari, hoc eſt alterationem eſſe. Deinde accipit
ea, quę Empe. dicit, ⁊ ſunt duo, alterum expꝛeſſe po-
nens, alterum clam, pꝛimuꝫ quod ponit, eſt, ꝙ paſſio-
nes, per quas alteratio fit, ſunt elementoꝛuꝫ differen
tię, quę ab elementis ſunt inſeparabiles, ⁊ inquit. Paſ-
ſiones enim ſm quas hoc. ſ. alterationem dicimus con
tingere, differẽtię elementoꝛũ ſunt. ſ. inſepabiles, quas
exponit, ⁊ inquit, dico autẽ calidum, ⁊ frigidum, albũ,
⁊ nigrum, ſiccum humidumidum, molle duruꝫ, ⁊ alio-
rum accidentium vnũquodqꝫ. Qꝛ vero hęc ſuppoſitio
ſit de mente Empe. patet per eius verba, cum inquit.
Solem hoc eſt ignem nos videre album ⁊ calidum.
poſuit enim vt Philoponus inquit, cęleſtia ignea. Im-
bꝛẽ autẽ dixit nos videre in omnibus nigrum ⁊ frigi-
dum, ⁊ per imbꝛẽ aquam intelligit. Similiter autẽ de-
L terminat Empe. de reliquis. aſſerit enim cętera eſſe
elementoꝛum differẽtias veluti calidum album ignis,
album nigrum aquę differentias eſſe affirmauit. Hoc
eſt vnum, quod Empedo. expſſe ponit, alterum quod
Ariſto. clam ponit de mẽte eius, eſt, ꝙ elementa cum
ſint pꝛima pꝛincipia, nec ſunt generabilia, nec coꝛru-
ptibilia ſm ſubſtantiaꝫ, his duobus ab Empe. conceſ-
ſis. Argumẽtatur alterationẽ nõ eſſe, hoc pacto, non
eſt poſſibile ex igne fieri aquam, neqꝫ contra ex aqua
fieri terram, vt ex ſecunda ſuppoſitione Empe. patet.
ergo nec ex albo erit poſſibile eſſe nigrũ, neqꝫ ex mol-
li durum, ⁊ ſic de cęteris. Hoc autẽ (vt inquit) erat al-
teratio. ergo non eſt poſſibile eẽ alterationeꝫ. Quare
Empedo. concedit alterationẽ eẽ, ⁊ tamẽ ex his fun-
damentis, quę aſſeruit, cogitur negare alterationem,
hęc eſt ſcḋa expoſitio, quã Alexander attulit, quę mihi
optime ſatiſfacit, pͥmam vero attulit Philoponus, ⁊
eam in cõmentarijs ſecuti ſumus. Quid vero ſit dicen-
M dum ſm Democritum, ⁊ Anaxagoꝛam, Philoponus
exponit, quę nos pꝛętermittimus tanqꝫ inutilia, cum
ea non ſimus pꝛoſecuturi.

Anti. cõ. 9. **An ⁊ manifeſtum eſt ꝙ ſemper vnam con-
trarijs ſupponedum materiam: ſiue tranſmu
tetur ſm locum, ſiue ſm augumentationem
⁊ diminutionem, ſiue ſm alterationem: Am-
plius autem ſimiliter eſt neceſſe eſſe hoc, ⁊ al
terationẽ. Etenim ſi alteratio eſt, ⁊ ſubiectuꝫ
vnum elementum, ⁊ vna omnium materia
habentium adinuicem tranſmutationem, ⁊
ſi ſubiectum vnum eſt, alteratio eſt.**

Dilucida°. te. c. eiuſdẽ **Aut ⁊ manifeſtuꝫ ꝙ vna ſemper ſupponẽ-
da eſt cõtrarijs materia, ſiue aliquid trãſmu
tetur ſm locum ſiue ſm augumentationem
⁊ diminutionem, ſiue ſm alterationem. Am- N
plius autem ſimiliter neceſſe eſt eſſe hoc ⁊ al
terationem, etenim ſi alteratio eſt ⁊ ſubiectũ
vnum elementum ⁊ vna omniuꝫ materia ha
bentiũ inuicem tranſmutationeꝫ eſt, ⁊ ſi ſub-
iectum vnum eſt, erit alteratio.**

Videtur Auerroi in ſua paraphꝛaſe ꝙ Ariſt. pꝛobet Com. 9.
conſequentiam datam. vꝫ ꝙ ſi vnum elemẽtum nõ po Auer. itro-
teſt ex alio tranſmutari, nec alteratio erit poſſibilis. ductio.
Mihi autẽ videtur ꝙ ꝓbet illam conſequẽtiaꝫ, ſed Expõ ꝓpa.
ſecunda ratione. Pꝛima enim ratio pꝛoceſſit ex incoꝛ-
ruptibilitate elemẽtoꝛum. Secunda ex hoc ꝙ mate-
ria apud eos non eſt vna, petit igitur cuiuſlibet tranſ-
mutationis vnum eẽ ſubiectum, vnam ⁊ materiã, quę
manet ſub vtroqꝫ termino, ⁊ ꝙ hęc ſit mens eius pa-
tet. ait enim. Aut ⁊ manifeſtum, vbi videtur velle ꝙ O
idem patet ⁊ alia rõne (Inquit) Aut ⁊ manifeſtum ꝙ
vna ſemper ſupponẽda eſt contrarijs materia, ſiue
aliquid tranſmutetur ſm locum, ſiue ſm augmenta-
tionem ⁊ diminutionem, ſiue ſm alterationem, quod
pꝛęcipue hoc in alteratione oſtendit de qua eſt inten-
tio, ⁊ inquit. Amplius autem ſimiliter neceſſe eſt eſſe ⁊
hoc alterationẽ, etenim ſi alteratio eſt, ⁊ ſubiectũ vnũ
elementum ⁊ vna omnium materia habentium inuicẽ
tranſmutationem eſt, ⁊ ſi ſubiectum vnum eſt, erit al-
teratio. Ex his arguo. cuiuſlibet tranſmutationis ſub-
iectum eſt vnũ, ſed apud antiquos alterationis ſubtuꝫ
non eſt vnum, qꝛ quatuoꝛ elñta non inuicẽ tranſmuta
bilia. igiẜ alteratio nõ erit tranſmutatio ⁊ ita nihil erit.
Aiaduerte ꝙ hęc pꝛopoſitio, cuiuſlibet trãſmutatio- Nota
nis ſubiectum ⁊ materia eſt vna, poteſt duplꝛ intelligi
vel de ſubiecto remoto, ⁊ hoc eſt, verum, nam vna eſt
pꝛima oĩum materia, quę eſt remotum ſubiectum om-
nium tranſmututionum, vel de ſubiecto ꝓximo, ⁊ iteꝝ P
hęc eſt vera ſingula ſingulis referendo, vt augmenta-
tionis vnum augmentabile, loci mutationis vnuꝫ mo
bile, ⁊ alterationis vnum alterabile, non tñ vnuꝫ om-
nium pꝛoximum eſt ſubiectum, qꝛ non idem augmen-
tationis, loci mutationis, ⁊ alterationis, ⁊ vtroqꝫ mo-
do ratio Ariſto. valet, pͥmo quidem modo valet, quo-
niam antiqui non ponunt vnam omnium pꝛimam ma
teriam, qua negata, ⁊ potentia ad trãſmutationes ne-
gabitur, nam carentia materia ſunt ęterna, ⁊ impaſſi-
bilia, ⁊ ita inalterabilia, iterum non ponit Empedo.
vnum ſubiectum a pꝛincipio alterationis vſqꝫ in finẽ,
quia elementa ſunt quatuoꝛ pꝛima inuicem diſtincta,
quę non alia ratione enarrãtur, niſi cõgregatione, diſ-
gregatione, quare vtroqꝫ modo apud fundamẽta eo-
rum alteratio negabitur eſſe, bene itaqꝫ dictum eſt ꝙ Q
apud verba eoꝛum alteratio eſt ⁊ aliquid pꝛęter gene
rationeꝫ, apud vero fundamẽta eoꝝ minime. Quę- Qõ recẽtio
runt recentioꝛes. vtruꝫ aliquid poſſit ſimpliciter gene rum.
rari ⁊ coꝛrumpi, arguitur duabus rationibus ꝙ non,
Pꝛimo quia ſi quid generatur ſimpliciter, illud eſſet
foꝛma, ſed foꝛma nõ generaẜ. 12. metaph. cõ. 18. quia
tunc crearetur. Scḋo non eſt nobis euidens aliquid
generari. igitur nihil generari eſt concedenduꝫ, vel nõ
eſt concedendum aliquid generari, quia dubium non
p° expõ. ꝛ mãle, nã lꝫ oēs termini ad quos ſint ſubę, aliq̃ ſuba eſt formalior vt ignis, ꝛ aliq̃ mãlior, vt terra, ꝛ tũc generatio ignis dicit ſimplr, ꝛ nobilior, q: entis nobilioris ac formalioris, gñatio ṽo terrę ignobilior, q: eſt entis mãlioris. ¶ Reprobat hãc expõnē Philoponus, ꝛ bñ, qa Ariſtoteles in p̃nti textu de formaliori ꝛ mãliori nihil meminit. ¶ Aliter g̃ Alexander ꝛ Philoponus volũt ꝙ p̃ma dr̃ia ſumatur ex eo ꝙ in ſubſtãtijs aliq̃s termin⁹ ad quē ſe hꝫ vt ens, veluti ignis, ꝛ aliq̃s vt nõ ens, vt terra in opĩone Parme. gñatio g̃ ignis ex terra dicet ſimplr, q: ignis, ꝛ corruptio ſꝫ qd, q: terrę. Cõtra gñatio terrę ex igne dr̃ ſm quid, qa terrę q̃ eſt vt nõ ens, ꝛ corruptio ſimplr, q: ignis, q ē vt ens. ꝛ ſic dñt. vñ dic. Dñt. n. ea, i q̃ trãſmutat id qđ trãſmutat, ꝛ ſic ſubales gñatiões nõ ſunt ęq̃les, q: termini ad quos dñt, ꝛ exponit p̃mã differentiã, ex eo, q: aliq̃s termin⁹ ad quē, vt ens, aliq̃s vt non ens habetur. ꝛ dicit. Puta forte quę in ignē eſt via, generatio ſimplex eſt. quia ad ſubſtantiaꝫ, quę ſe habet vt ens, hęc eadem eſt corruptio alicuius, ꝛ ſm qđ, puta terrę, quę ſe habet vt nõ ens, ꝛ ſic de terra, nã terrę generatio eſt aliq̃ gñatio ꝛ nõ gñatio ſimplr, quo terra eſt vt nõ ens. Corruptio autem eſt ſimplr, puta ignis, q ſe hꝫ vt ens, ꝛ ſic vnamet trãſmutatio eſt gñatio ſimplr, ꝛ corruptio

Reprobatio p° expõ. p Philoponum.

2° expoſitio Alexã.

Q



A corruptio ſm quid. Silr vnamet tranſmutatio eſt corruptio ſimplr, ꝛ gñatio ſm qd, exponit hanc differẽtiaꝫ exemplo ſumpto ab opinione Parmenidis. ꝛ inqt. Sic Parme. dicit duo rerum principia, ipſuꝫ ens ignē, ꝛ nõ ens terram vꝫ. Ubi patet bene dictũ eſſe generationeꝫ terrę eſſe ſm quid, q: eſt eius qđ eſt vt non ens, generationem ignis eſſe ſimplr, q: eſt eius, qđ eſt vt ens, quia quis poſſet dicere. Hęc Parme. non dixiſſe, ideo excuſat ſe. d. Hęc auteꝫ, aut alia talia ſupponere, nihil dr̃t, h̃ eſt ſiue hęc dicat Parme. ſiue nõ dicat, nihil refert, quia nos q̃rimus differẽtiã terminorũ ad quos, ſꝫ nõ ſubtuꝫ, hoc eſt, non autē ipſos terminos, qui differũt, quos hic ſubiecta appellat. Hęc eſt expoſitio Philoponi, ea vero quã dedimus in comentarijs, non eſt mala.

B Tex. anti. com. 57. ¶ In non ens igitur ſimplr, eſt corruptio ſimplex, in ſimplr autem ens, generatio ſimplex. Quibus igr̃ determinata ſunt, ſiue igne ꝛ terra, ſiue alijs quibuſdã, horũ erit hoc quidē ens, hoc aũt nõ ens. Uno igit mõ differt in hoc, ſimpliciter gñari ꝛ corrumpi, a nõ ſimplr.

Dilucida°. te. c. eiuſdē ¶ Quę quidē igit in nõ ens ſimpliciter via, corruptio ſimplex eſt, quę vero in ſimplr ens, generatio ſimplex. quibus igitur determinatũ eſt, ſiue igni ꝛ terrę, ſiue alijs quibuſdam horum erit hoc quidem ens. hoc vero non ens. vno quidem igitur modo hoc differt ſimpliciter fieri ꝛ

C corrumpi a non ſimpliciter.

Cõmē. 57. ¶ Tunc quaſi ꝯcludēs recolligit definitiões. ꝛ inqt. Quę quidē igitur in nõ ens ſimplr via corruptio ſimplex eſt. quę ṽo in ſimplr ens, generatio ſimplex, hę ſunt deſcriptiões. Tũc addit ea ſubaudi q̃b⁹ determinatũ eſt ſiue igni ꝛ terrę, ſiue alijs q̃buſdã ſubaudi eſſe, ꝛ nõ eſſe hoc modo ſunt ꝙ eorũ erit hoc quidē ens, hoc vero nõ ens. nam cui competit eſſe, eſt ſimplr ens, cui nõ eſſe, ſimpliciter non ens, forte hoc adijcit, quia ad librum hũc determinare talem rem non ſpectat, ſed ad metaphyſicaꝫ. Sed hoc vnum tñ accipiatur ꝙ cui eſſe competit, eidē ꝛ ens competere dicimus. cui non eſſe eideꝫ ꝛ non ens. Aut forſitan adijcit hoc propter antiquorum poſitiões. nam quidaꝫ dixerũt terrã rerũ p̃nm, vt Heſiodus quideꝫ ignē, ꝛ alij alia, q ponit terrã, dicere cogitur illi cõpetere eē ꝛ ens ſimplr. q ṽo ignē, illi eē ꝛ ens. q. d. nũc omittatur, ſꝫ accipiat ꝙ ſiue ſic ſiue aliter, apud oēs vnuꝫ ens dicit ſimplr, aliud non ens. Tunc quaſi epilogans. inqt. Uno quidem igitur modo hoc differt ſimpliciter fieri ꝛ

D corrumpi a non ſimplr in elementis ꝛ ipſis ſubſtantijs, hoc eſt penes terminos ad quos.

recog̃nes. ¶ Cõcludit dr̃iam primã. Deinde remouet dubium, ꝛ dicit de p̃ma parte, via igit quę eſt in non ens, ſimplr eſt corruptio, vt cũ corrũpit ignis, quia deſinit eſſe illđ, qđ ſe hꝫ vt ens. Uia ṽo in ens ſimplr, vt ad ignē, eſt gñatio ſimplex. g̃ prima differentia eſt ex eo, q: alius terminus ad quē eſt ſe hñs, vt ens, ꝛ alius, vt non ens. Deinde remouet dubium, q: poſſet aliquis dicere, ꝙ ens ꝛ nõ ens non ſunt determinata igne ꝛ terra. Solũ enim hoc eſſet veruꝫ in opinione Parme. nã in opinione aliorum ens determinatur raro, nõ ens determinat denſo. Rñdet. ꝛ inqt. Quibus igitur rationibus determinata ſunt ens ꝛ nõ ens, ſiue igne ꝛ terra ſꝫ Parme. ſiue alijs quibuſdã, vt raro, ꝛ denſo, horum ad quę generationes ſunt, erit hoc quidem ens vel vt ens, hoc autem non ens ſiue vt non ens. Tunc epilogat differentiam primam. ꝛ dicit.

E Uno igitur modo differt in hoc. ſ. penes ens, ꝛ non ens ſimpliciter generari ꝛ corrumpi a non ſimpliciter generari ꝛ corrumpi. Hęc de prima differentia.

Tex. anti. com. 58. ¶ Alio aũt modo, materia, qualiſcũq̃ quędam vtiq̃ ſit. Cuius enim magis differẽtię hoc aliquid ſignificant, magis ſubſtantia eſt. cuius autem priuationem, non ens. puta, calidum prędicamentuꝫ aliqđ ꝛ ſpēs, frigiditas auteꝫ priuatio. differũt ãt ignis ꝛ terra, his differẽtijs.

Dilucida°. te. c. eiuſdē ¶ Alio ṽo materia qualiſcunq̃ vtiq̃ ſit, cuius quidem eniꝫ differentię magis hoc aliqd ſignificant, magis ſubſtantia. cuius ṽo priuationeꝫ non ens, vt calidũ quidē prędicamentũ quodam eſt ꝛ ſpēs. frigus ṽo priuatio. differunt ṽo terra ꝛ ignis ĩs differentijs.

F

Com. 58. ¶ Dictum eſt ꝙ generationes ignis ꝛ terrę differunt penes terminos. Uno modo, eo quia ignis vt ignis eſt ens ꝛ perfectius ipſa terra. Secundo differunt penes materias ex quibus ſunt. naꝫ ignis ex calido conſtat. terra ex frigido, at calidum magis videtur ſimile ſubſtantię, qa eſt vniuerſale quoddam ꝛ ſpecies ſiue forma. frigidum ṽo magis videtur priuatio, ꝛ tunc ſyllogiſmus Ariſtotelis eſt iſte. Omne illud cuius materia ſiue differentię materiales magis ſignificant hoc aliquid, magis eſt ſubſtantia, ſed differentię ſiue materia e quibus conſtat ignis magis ſignificat hoc aliquid, igitur magis ſubſtantia. inquit. Uno quidem modo generationes ignis ꝛ terrę differunt quo ad terminos quo ad, ſimpliciter ꝛ ſm quid.

G Alio vero differunt materia, ꝛ hoc q̃liſcũq̃ vtiq̃ ſit materia, hoc eſt qualitercũq̃ materia accipiat, ſiue p differentijs quibus conſtat aliquid, quomodo calidũ ꝛ ſiccum dicunt materiam ignis, frigidum ꝛ humidum materiam aquę, ſiue accipiatur materia pro ſubiecto. quaſi dicat, loquor de materia large. Tunc accipit maiorē. d. Cuius quidem enim differentię magis hoc aliquid ſignificãt. eſt magis ſubſtantia. cuius ṽo differẽtię ſignificant priuationem, eſt magis non ens ꝛ minus ſubſtantia, vt calidum quidem predicamentum quoddam eſt, hoc eſt forma ꝛ ſpēs, frigus vero priuatio. Deinde addit minoreꝫ dicēs. differunt ṽo terra ꝛ ignis his differentijs tãq̃ꝫ materijs, igitur ignis magis eſt ſubſtantia q̃ꝫ terra.

Nota. ¶ Debes ſcire ꝙ ignis ꝛ terra poſſunt conſiderari dupliciter ꝛ quo ad formas, quibus ignis eſt ignis, ꝛ terra eſt terra, ꝛ ſic dictũ eſt ꝙ generatio ignis eſt generatio ſimpliciter, ꝛ generatio terrę eſt generatio ſm quid, naꝫ generatio ignis eſt ad formam quę eſt ſimpliciter ens, ꝛ generatio terrę ad formam quę eſt nõ ens reſpectu ignis,

H ꝛ hic eſt vnus modus. Secundo modo poſſunt conſiderari quo ad materias, quibus conſtant, vt quo ad qualitates ſiue differentias, ꝛ ſic ſecundo modo etiaꝫ generatio ignis eſt ſimpliciter, quia ignis conſtat calido, qđ reſpectu frigidi perfectius eſt, generatio terrę ſꝫ quid, q: conſtat frigido, quod eſt magis vt priuatio. Et hoc modo declarauit nunc. quibus patet ꝙ nõ ſunt tres modi, quibus differt generatio ſm quid a generatione ſimpliciter, vt recentiores credũt ex malo intellectu literę.

2° nota. ¶ Secundo animaduerte ꝙ Auerroes in paraphraxe 18. reddit cauſam quare ignis vt ignis ſit forma pfectior terra, q: indiuidua, in quorũ miſtione vincit ignis, perfectiora ſunt in eſſe, q̃ꝫ ea in quorum compoſitione vincit terra. Secundo reddit cauſam cur calidum ſit perfectius frigido, quia actio ignis, q̃ eſt calor, propinquior

I eſt ad eſſe, ꝗ̄ȝ actio aque vel terre que frigus, frigus enim quidam eſt defectus caloris.

Dubiões ꝯ Auer.

℄ Sed hec Auerrois dicta falſa videntur. Primum quidem quia omnium miſtorum perfectiſſimus eſt homo, vt medici dicunt, ⁊ tamē in hoīe terra plus exuperat. ℄ Secūdo ſeq̄retur ꝙ cholericus eēt perfectior temperato, q2 in eo ſuperexcedit ignis. ℄ Scōm vō, qa ſicut calor eſt actio ignis, ſic frigus aque. igit̃ ſicut calor igni eſt eē, ſic frigus aque vel terre, igitur equales ambo, propter qḋ nō magis frigus caloris, ꝗ̄ȝ calor frigoris priuatio ē. ℄ Dici poteſt primo ꝙ forte Auer. loquitur in miſtis inanimatis, vbi patet calidiora ⁊ magis ignea perfectiora eſſe. Secūdo dici poteſt ꝙ cōparat diſtēperata inter ſe, vbi vult ꝙ vbi ignis excedit perfectius ſit, ꝗ̄ȝ vbi terra, ⁊ tūc forte diceret ꝙ homo quantum ad hoc ſit imperfectius alijs vbi ignis exupat, lȝ in alio excedat vel forte in hoīe excedit ignis quo ad actiua, terra vō quo ad

K motiua. ℄ Ad ſcḋȝ diceret ꝙ calefacere ē magis ad eē, q2 vite ⁊ nature opus eſt. at frigere cuȝ ſit opus mortis, non ad eſſe facit, propter qḋ priuatio videtur magis.

recognes.

℄ Secunda differentia ſumitur ex eo. q2 aliqua ſubſtantia eſt melior ⁊ magis ſubſtantia videtur, alia minus ⁊ deterior, gn̄atio ergo, que eſt ad ſubām meliorē, erit generatio ſimplr̃, q̄ ad deteriorē, erit gn̄atio ſm quid. Simili mō corruptio, q̄ eſt ſube melioris, ſimplex dr̃, q̄ vō eſt deterioris, dr̃ ſm quid. vn̄ dicit. Alio aūt modo generari ſimplr̃ ⁊ corrūpi ſimplr̃ a nō ſimplr̃ gn̄ari ⁊ corrūpi differunt in materia, qualiſcunqȝ q̄daȝ vtiqȝ ſit. Et ꝑ materiam, materialeȝ drīaȝ intelleximus in cōmētarijs. Philopon⁹ aūt per materiā ītelligit ipſa elēnta, que ſunt materia miſtorū corporum. q. d. alio mō ſimplr̃ gn̄ari et

L ſimplr̃ corrumpi differunt a nō ſimplr̃ generari ⁊ corrūpi in ipſis elēntis, que generantur ⁊ corrumpunt̃. Et exponit quo modo. ⁊ dicit. nam elementū, cuius differētie magis ſignificant hoc aliquid, magis ſuba eſt, elemētuȝ vero cuius differentie ſignt magis priuationem, ⁊ nō ens eſt minus ſuba, cuius exemplū ponit, ⁊ dicit. Puta calidū predicamentum aliqḋ eſt, ⁊ ſpēs, ⁊ ſic videtur magis ſuba. Frigiditas vō eſt magis priuatio, ⁊ ſic eſt min⁹ ſuba. Differunt aūt ignis ⁊ terra his differentijs. g̃ ignis eſt magis ſuba ꝗ̄ȝ terra. quare gn̄atio ignis ⁊ eius corruptio dicent̃ ſimplr̃. Generatio vō ⁊ corruptio terre dicentur ſm qḋ, ſunt q dixerunt ſcḋam differētiam accipi penes ſimplicius, ⁊ cōpoſitius, vt dicatur illa ſimplr̃ generatio vel corruptio, cuius termin⁹ ad quē eſt ſubſtātia ſimplicior, illa vero ſm qḋ, cuius termin⁹ ad quē eſt ſubſtātia cōpoſitior. Quam expōnem non laudat Philoponus, cum non poſſit nec verbis Ariſtotelis, nec eius

M exemplo accōmodari, vt intelligenti patet.

Tex. anti. cōmē. 59.

℄ Uidetur autem multis, magis ſenſato ⁊ non ſenſato differre. quando eniȝ in ſenſatā trāſmutatur materiā, generari inquiunt. quādo autem in non manifeſtam, corrumpi. Ens eniȝ ⁊ non ens, in ſentire ⁊ non ſentire determināt. quemadmodum ſcibile quidem ens, ignotum autem non ens. ſenſus enim, ſcientie hȝ virtutē. Quēadmodū igitur illi in ſentire vel poſſe ⁊ viuere, ⁊ eſſe exiſtimant, ita ⁊ res, modo quodam proſequentes veritatē, id aūt dicentes non verū.

Dilucida⁹. te. c. eiuſdē

℄ Multis vero videt̃ magis, ea ꝑ ſenſatum ⁊ non ſenſatum differre. qn̄ quidē eniȝ in ſenſibilē mutatur materiā gn̄ari aiunt, quando vō in

N nō ſenſibilē corrūpi, ens eniȝ ⁊ nō ens ſenſibilitate ⁊ non ſenſibilitate determinant, quemadmodum ſcibile quidem ens, non ſcibile nō ens, ſenſus enim ſcientie vim habet, quēadmodum igitur ipſi in ſentire vel poſſe, ⁊ viuere ⁊ eē exiſtimant, ſic ⁊ res, modo quodam veritatē proſequentes in modo alio nō verum dicentes.

℄ Hactenus inter gn̄ones veras drīas deſignauit, nunc qḋ alij ſenſerint, adijcit. nā eorū iprobatio erit ſue veritatis affirmatio ⁊ illius manifeſtatio. Herculei vō, ⁊ qui apparētias veras eē autumāt, dicūt gn̄ationē ſic ab ipſa corruptiōe differre, ꝙ gn̄atio eſt via in ſenſibile ens. corruptio vō ad ſenſibile, qḋ ideo aiunt, qa oē ens volunt eē ſenſibile, ⁊ qḋ nō ſenſibile nō ens, quēadmodum ēt ſcibile ens aiunt, ⁊ nō ſcibile nō ens, reputāt eniȝ ſenſum viȝ ac vicē exercere in reb⁹ q̄les ⁊ ſcia, ꝙ ſcia ſit ſenſus ⁊ ſenſus ſcia, ⁊ qḋ nō ſenſus nō ſit ſcia, qb⁹ addit fundamētū eoꝝ. d. quēadmodū igr̃ ipſi in ſenſu vl̃ poſſe ſentire dicūt aīal ⁊ viuere ⁊ ēt aīal. nā aīal eſt viuēs ⁊ aīal ꝑꝑ ſenſuȝ ⁊ ſentire, ſic ⁊ res dicūt eē, q2 ſentiūtur, ⁊ q̄ nō ſentiunt̃, nō eē, vt que nō ſentiūt nō aīal. addit ꝙ ſic dicētes mō quodā ſunt veritatē ꝓſequētes. ſ. quantū ad animal ipſum, ꝙ nō eſt niſi ſentiat vel pōt ſentire, ſed ꝙ res non ſit, que nō ſentit̃ vel nec poſſit ſentiri errant. Scḋo bene dicūt quātuȝ ad hoc ꝙ omne qḋ eſt, eſt intelligibile, ⁊ qḋ nō eſt intelligibile, nō eſt, vt dicit Auerro. ſȝ male aiunt, inquantum ſenſum autumant ſciam eſſe.

Com. 59.

recognes.

℄ Hec eſt tertia litera, que ſumitur ſm opiōnē ꝙ in ſubſtantijs ſimplex gn̄atio ſit, que eſt ad magis ſubale. Generatio vō q̄dā ad minus ſubale. Silr̃ mō ſimplex corruptio eſt ei⁹ qḋ eſt magis ſubſtātiale. quedā vero corruptio, q̄ eſt ei⁹ quod minus ſubale. At videt̃ multis id eē

P magis ſubale, qḋ eſt magis ens, id vō minus ſubſtātiale, qḋ eſt minus ens. Tūc his duob⁹ ſtātibus, qdā dicebāt gn̄ationē terre eſſe ſimplicē, gn̄ationē vō aeris eſſe ſm qḋ, q2 terraȝ exiſtimabāt magis ſubale. aerem vero minus. Cauſa vero erat apud eos, q2 terra eſt ens, aer nō ens. exiſtimabāt eniȝ oē ſenſibile eē ens, ⁊ oē inſenſibile non ens. Et hoc ideo, q2 virtus ſenſus apud eos eſt virtus ſcie. Hec eſt tertia drīa, que lȝ ſit vera ſumit̃ ab opinione falſa, ꝓpterea dicit̃ a Philopono differētia, q̄ ſumit̃ ſm opinionē. vn̄ inqt. Uidet̃ autē multis ea entia, ad que ſubales trāſmutationes ſunt, magis ſenſato ⁊ nō ſenſato differre, ⁊ hoc eſt ſm opinionē, quam exponit. ⁊ dicit. Qn̄ eni aliqḋ ad ſenſatā māȝ trāſmutat̃, generari. inqt. Quādo aūt ad nō manifeſtā, corrūpi. Cuius cauſaȝ

Q iterū aſſignat, cū dicit. Ens eni ⁊ nō ens per ſentire ⁊ nō ſentire determinant, q2 dicūt inſenſibile eē nō ens, ſenſibile vō ens, quemadmodū ēt determināt ens ⁊ nō ens, ſcibili, ⁊ ignoto, dicētes ſcibile ens, ignotū nō ens, ⁊ hec ideo dicūt, q2 apḋ eos ſenſus hȝ virtuteȝ ſcie, ita vt non ſcibile ⁊ nō ſenſibile ſint idē, ⁊ ſcibile ⁊ ſenſibile ēt idem, veluti ſcia eſt ſenſus. Deide aſſignat ſcḋaȝ cāȝ eoꝝ ad dicēdū ſenſibile eē ens iſenſibile eē nō ens, argumēto ſūpto ab ipſis, q2 tūc ſuſpicant̃ viuere, ⁊ eē, cū ſentiūt, aut pn̄t ſentire. g̃ veluti ſentiētib⁹, viuere ⁊ eē determināt, ſic in ſenſibilib⁹ dicūt illa eſſe, cum ſenſum mouent, aut mouere poſſunt. Argumentū eſt quaſi ab actiua ad paſſiuam, nam ſi ſentire vel poſſe ſentire eſt viuere, ⁊ eſſe actiue, ſentiri vel poſſe ſentiri eſt eē ⁊ viuere paſſiue, ſi in ipſis actio ⁊ paſſio eſſe poſſint. vnde dicit. Quemadmodū igit̃ illi in ſentire vel poſſe ſentire exiſtimant, ⁊ viuer ⁊ eē actiue, ita ⁊ res exiſtimat ⁊ eē ⁊ viuē paſſiue, vt ita loquar



A ita loquar, quaſi dicat. ſicut nos ſumus, q2 poſſum⁹ ſentire res, ita res ſunt, q2 poſſunt ſentiri a nobis. ergo ſenſibile eſt ens, ⁊ inſenſibile nōn ens, Addit hos, mō quodam proſequi veritatem, modo quodam non veritatē. In duobus enim veritateȝ dicunt, vt Philoponus animaduertit. Primo quo dicunt magis ſcibile eſſe magis ens, ⁊ minus ſcibile eſſe minus ens. Scḋo quo dicūt ſciētiaȝ ſimplr̃, ⁊ ignorātiaȝ ſimpliciter terminare ens ⁊ nō ens. Nam ſm veritatem non ſcibile ſimplr̃ eſt nō ens, ſcibile ſimpliciter eſt ens. At errauerūt de ſenſibili ⁊ inſenſibili, nōn eni oportet inſenſibilia omnia eſſe non entia, lȝ omnia ſenſibilia ſunt entia, aliter poſſunt hec itelligi, vt patet in cōmentarijs, ſed non curo.

Tex. anti. com̄. 60.

℄ Contingit itaqȝ, ſm opinionem ⁊ ſm veritatem aliter ⁊ generari ſimpliciter ⁊ corrumpi.

B ſpiritus enim ⁊ aer, ſm ſenſum quidem, minus ſunt. ideo ⁊ que corrumpuntur ſimpliciter, in hec tranſmutatione corrumpi dicuntur. generari autem, quando in tangibile ⁊ in terrā trāſmutantur. ſm veritatem autem, magis hoc aliquid ⁊ ſpecies hec ſunt, ꝗ̄ȝ terra.

Dilucida⁹. te. c. eiuſdē

℄ Accidit eniȝ ſm apparētiā ⁊ ſm veritateȝ aliter ſimplr̃ ⁊ gn̄ari ⁊ corrūpi. ſpiritus enim ⁊ aer ſm quidem ſenſum: minus eſt. Ideo ⁊ quecūqȝ corrumpuntur ſimplr̃, q̄ in hec tranſmutantur, corrumpi dn̄r, fieri vero qn̄ in maius ⁊ in terram trāſmutantur. ſm veritateȝ vō quecunqȝ magis hoc aliquid ⁊ ſpēs ꝗ̄ȝ terra.

Com̄. 60.

C ℄ Moderat quaſi eorum opinionē per talē diſtōnem, ꝙ aliquid gn̄ari ⁊ corrūpi eſt dupliciter. Uno mō ſm apparentiā, que grece doxa dr̃. interdū latine opinio quomodo non dr̃ nunc. Alio modo ſm veritatem. Spiritus enim ⁊ aer, ſm quidē ſenſum minus eſt, ideo ⁊ q̄cunqȝ in ipſum corrumpunt̃, ſimplr̃ corrūpi dicunt̃. Econtra qn̄ in maius vt in terrā, gn̄ari. Hec ſm apparentiaȝ. ſm veritatem vō, quecunqȝ magis hoc aliquid ⁊ ſpēs ſunt, ꝗ̄ȝ terra, propter quod aer ⁊ ignis ſȝ veritatē magis ſunt. Tunc patet contra eos ꝙ non valet. hoc eſt magis tale ad apparentiam. igitur magis tale ad veritateȝ. ℄ Animaduerte ꝙ veruȝ maius, grece eſt apton, qḋ ꝓprie tactile ſonat, a verbo aptome, latine tango. veruȝ ſenſus Ariſtotelis eſt vt dixi. Uel forte melius poteſt hec litera cōtinuari ad precedentem ſic, mō quodā veritateȝ proſequentes. modo alio non verū dicentes. ⁊ tunc declarat qūo verum dicunt, ⁊ quo modo falſum. Naȝ ſm apparentiam verum dicunt. Scōm aūt exiſtentiam, non verum. ⁊ hec declarat. ſermo patet.

Recognitiones.

D ℄ Propterea ꝙ non eodē modo reperiunt̃ ſcripta vba Ariſtotelis, in cōmentarijs diuerſimode nos verba accōmodauimus. At ſm Philoponuȝ Ariſtoteles h̄ oſ̄dit ꝙ de gn̄atione ⁊ corruptione ſimplr̃, ⁊ ſm qḋ aliter ſm veritatem, aliter ſm opinionem ſit dicendum, immo que de illis dicēda ſunt ſm veritatē aduerſant̃ eis, que ſunt dicenda ſm opiōnē. Cōſonat aūt huic expōni vbū illud [itaqȝ] qḋ in libro Philoponi legit̃, naȝ denotat illationem quaſi corollariam ex dictis, vnde dicit. Contingit itaqȝ ſm opinionem, ⁊ ſm veritateȝ aliter ſupple eē dicendum de ipſis ſimplr̃ generari ⁊ corrūpi, imo ſunt admodum pugnandi ⁊ hoc exponit, naȝ ſpiritus hoc eſt ventus ⁊ aer ſm ſenſum qdem, minus ſunt, ⁊ minus entia, ⁊ minus ſubſtantialia, ⁊ ideo que corrūpunt̃ in hec, ſimpliciter corrumpi. ⁊ corruptione ſimpliciter dicta,

E dicūtur corrumpi. dicuntur vero ſimpliciter generari, quando tranſmutātur ad tangibile, ⁊ ad terraȝ, que eſt palpabilis. hec ſm opinionem. At ſm veritatem accidit totum oppoſitum, ⁊ hoc exponit. ⁊ inquit. Scḋȝ veritatem autem, aer ⁊ ſpiritus ſunt magis hoc aliquid, ⁊ ſpecies ſiue formalior a ꝗ̄ȝ terra. Primo, q2 terre eſt circuitiuus. Scḋo, q2 calidior, vt Philoponus addit. Patet ergo quo modo que ſm opinionē dicenda ſunt, contraria ſunt his, que dicuntur ſm veritatem.

Tex. anti. cōmē. 61.

℄ Eſſendi igitur ſimplicem generationem corruptionem exiſtentem alicuius, corruptionem autem ſimplicem generationem exiſtenteȝ alicuius, dicta eſt cauſa. propter enim materiam differre, aut eo ꝙ ſubſtātia eſt, aut non, aut ꝙ hec magis hec vero non, aut ꝙ hec quideȝ magis ſenſata eſt materia ex qua ⁊ in quam, hec

F vero minus dicuntur, hec quidem ſimpliciter generari, hec autem aliquid ſolum, non ex adinuicem generatione, ſed ſm queȝ diximus nūc modum, nunc enim tantum determinatum eſt, quare omni generatione exiſtente corruptione alterius, ⁊ omni corruptione exiſtēte alicuius alterius generatione, nō ſimiliter attribuimus generari ⁊ corrumpi his que adinuicem tranſmutantur.

Alr̃ i codice Philoponi. Qua vō h̄ qdē ſimpliciter gn̄ari. h̄ vō ſm qḋ nō ex īuiceȝ gn̄atiōe ſoluȝ. ſm quem nunc dicimus modū. ſed vl̃r q̄rēdū eſt.

† ℄ Propter quid quidem igitur ſit. hec quideȝ ſimplex generatio alicui⁹ exiſtens corruptio. Corruptio vero ſimplex, generatio exiſtēs alicuius: dicta eſt cauſa. Cum enim materia differunt, vel hoc ſubſtantia eſt, illud nō. Uel hoc

G magis. illud vero non. Uel hoc magis ſenſibile eſt propter materiam, ex qua ⁊ in quā. Illud vero minus alio. hec generari ſimplr̃ dn̄r. hec vō ſm qḋ ſolū, non inuicē gn̄atione, ſȝ quē modum nūc ſupponim⁹. Nūc quideȝ eniȝ tm̄ determinatū ſit. ꝓpter qḋ vtiqȝ cum oīs gn̄atio ſit alteri⁹ corruptio. ⁊ oīs corruptio ſit alteri⁹

H cuiuſdā gn̄atio, nō ſimiliter determinamus inuicē tranſmutabilia ⁊ gn̄ari ⁊ corrumpi.

† Dilucī⁹. t. c. eiuſdē.

Com̄. 61.

℄ Uidetur mihi ꝙ textus hic totus ſit epilogus. ⁊ quia ſenſus patet, lege literam (inquit.) Propter quid quidē igitur ſit. hec quidem ſimplex generatio alicuius exiſtēs corruptio, vt ignis generatio eſt quidem ſimplex, at terre ſm quid. Corruptio vero ſimplex vt ignis, generatio exiſtens alicuius vt terre, dicta eſt cauſa, quaȝ replicat d. cum enim materia differunt hoc eſt differentijs materialibus. hec fuit vna cauſa. Uel hoc ſubſtantia eſt. Illud vero nō, hec fuit ſecunda cauſa. Uel hoc magis. Illud vero nō. hec fuit tertia. vel hoc magis eſt ſenſibile, propter materiam ex qua generatur. ⁊ in quā corrumpitur. Illḋ vero minus alio. hec fuit quarta cauſa apud antiquos. cum he tres cauſe ſint. hec generari ſimplr̃ dicuntur. hec ſm qḋ ſolum, non inuicem generatione eiuſdem rationis exiſtēte. ita vt ambe ſint ſimpliciter dicte, ſm quem modum nūc ſupponimus. Propter quod breuibus epilogans (inquit.) Nunc quidem eni tantum determinatum ſit. propter quid vtiqȝ cum omnis generatio ſit alterius corruptio, ⁊ omnis corruptio ſit alterius cuiuſdā generatio. non ſimiliter ⁊ eodem modo ſm qḋ

I

ꝛ ſimplr nõ determinamus trãſmutabilia ꝛ gñari ꝛ corrumpi. ſed dicimus generationem ſimplicem vnius eſſe corruptionem ſm quid alterius ꝛ econtra. Hic eſt epilogus omnium que dixit.

Qõ an ſubſtãtia ſuſcipiat magis ꝛ min⁹.

¶ Sꝫ circa hec q̃runt. Primo, vtrũ ſuba ſuſcipiat magis ꝛ minus, vt dixit Ariſtoteles. Et vꝫ ꝙ nõ. Tum qꝛ Ariſtoteles in pdicamẽtis ait. ꝙ ſubſtantia non ſuſcipit magis ꝛ minus, Tuꝫ qꝛ eſſet ei aliqð contrariuꝫ, Tum vel maxime ꝙ eius gñatio eẽt motus, qꝛ ſucceſſiua trãſmutatio, Cõtrariũ vt vidiſtis Ariſtoteles ait.

Cõis põ.

¶ Hec qõ melius tractabit al's in iſto lº. Verũ qꝛ Egidius ꝛ Albert⁹ quedã dicũt, ꝛ nos etiã aliqua dicemus. Egidius, Albertus, ꝛ oẽs conueniũt ꝙ nulla ſuba ſuſcipiat magis ꝛ minus ſeruata vnitate ſpẽi hoc eſt gradualr. hoc eſt nulla ſuba põt eſſe intenſioꝛ vel remiſſioꝛ altera eiuſdeꝫ ſpẽi.

K

Argᵐ Egidij.

¶ Qð Egidius vnica rõne pꝛobat, qꝛ vel illa gradualis itentio ꝛ remiſſio eſſent ſm eſſentiã vel ſm eſſe. ſm gradus eſſentie nõ. nam cuꝫ eſſentia pertineat ad definitionẽ, per variationẽ cuiuſlibet talis gradus variabiť definitio, ita nã ꝛ ſpẽs eius. vt 8º metaph. tex. cõ. 10, nec ſꝫ gradum ipſius eſſe. nam cũ nos loquamur de eẽ ſpecifico, tunc mox tolleť eſſe ſpecificum. Arguo ſic. Variato eſſe variatur ſpecies. variata ſpecie, variať eſſe ſpecificũ. igitur non erit in eadẽ ſpẽ, nec ſeruato eſſe ſpecifico.

De vbis. Arilᵉˢ.

¶ Sꝫ ad ſaluãdũ vbũ Ariſtotelis Egidius dič duo. Primo ꝙ ſm formã gñis, ꝛ analogiã quandã reperitur magis ꝛ minus in ſubijs. pbat. qꝛ q̃cũqꝫ in eodẽ genere magis ꝛ minus diſtant a primo illius gñis, ſuſcipiũt magis ꝛ minus in illo gñe. Sꝫ oẽs ſube in eodẽ gñe magis ꝛ minus diſtãt a pmo ente, nã q̃dã magis a deo diſtãt, q̃daꝫ minus per menſuram ſue ſube. igiť in genere ꝛ analogia ſube eſt magis ꝛ minus.

L,

¶ Scðo idem pbať in gñe ſubſtãtie pdicamẽtali, nã forma eſt potioꝛ ſuba q̃ꝫ materia. Scðo dicit ꝙ in ſuba reperiť magis ꝛ minus in genere capiẽdo p pfectioꝛi ꝛ iperfectioꝛi, qð triplr pbat. Tuꝫ ex intẽtione nature, qꝛ aial perfectius eſt embꝛiõe. Tuꝫ ex victoꝛia forme, quãdo forma magis rarefacit mãm, q̃ꝫ ignis magis eſt terra. Tum p fectione ſpẽi, ꝛ ſic animal magis a leone, q̃ꝫ a formica participabiť.

Reductio oium.

¶ Verũ oia hec reducunť ſic. quum q̃riť vtrũ ſuba ſuſcipiat magis ꝛ minus. hoc põt intelligi vel gradualiter, vel perfectionalr. gradualiter nulla ſuba ſuſcipit magis neqꝫ minus. perfectionaliter põt pmo in analogo. ſcðo in genere. Et per 2ᵐ ſaluare vult verbuꝫ Ariſtotelis. Albertus vero cũ Egidio cõuenit quãtum ad pmũ. tenet enim cuꝫ Egidio vbiqꝫ, ꝙ nulla ſubſtantia ſuſcipit magis neqꝫ minus gradualr. Sꝫ ad ſaluandũ Ariſtotelis verbũ videť diſtinguere, qꝛ ſubſtãtiã recipẽ magis ꝛ min⁹ põt eẽ vel quantũ ad eſſe qð eſt actus forme in mã. ꝛ hoc mõ terra eſt equalr ſubſtãtia ſic ignis. Alio mõ vt forma p potentias nãles principium eſt operationum. ꝛ hoc mõ ignis magis ſubſtãtia eſt ipſa terra, qꝛ in ea pꝛopter potẽtias vincit magis rõ forme, q̃ꝫ terra vbi forma eſt magis oppꝛeſſa a mã.

M

Qð etiam Egidius accepit in ſua ſcða rõne ad ſcðꝫ dictũ. ꝛ adijcit duas alias rationes.

De accidẽtibus.

¶ Sed quia hec res nõ põt bene perpẽdi, niſi q̃ratur de accñtibus, ideo q̃rit Egidius. vtrum magis ꝛ minus poſſunt eſſe in accidẽtibus. Et videť ꝙ non per argumentum ſuuꝫ. qa vel ſm gradũ eẽntie, vel gradũ eẽ. nõ ſm gradũ eẽntie, qꝛ tũc variareť ſpẽs. nec ſm gradũ ipſius eſſe. Tum primo, qꝛ eſſe fluit ab eẽntia imediate. igitur ſi eſſentia non variatur ſm gradus, nec eſſe. Tum ſecundo, qꝛ eſſe pncipaliter eſt a forma, ſed forma eſt inuariabilis eſſentie. igitur eſſe.

¶ Reſpondet Egidius ꝙ forme accidentales ex natura earum non recipiunt gradualẽ intẽſionẽ vel remiſſionẽ, ſed ex natura ſubiecti, qð eſſe põt dupliciter, vel qꝛ recipiuntur in ſubiecto mediante aliqua forma, que remittitur, aut qꝛ recipitur mediãtibus formis pluribus, cũ quarũ vna habẽt maioꝛẽ ꝯueniẽtiã q̃ꝫ cuꝫ alia. igitur ſemp eſt itẽſio ꝛ remiſſio forme mediante maioꝛi vel minoꝛi diſpõne materie. ppter qð non opꝫ dare pceſſum in infinitum vt arguit ipſe.

N

Argᵐ ꝫ Egidium.

¶ Contra hanc poſitionẽ arguunt oẽs Calculatoꝛes, ꝛ multa aiunt. veruꝫ qꝛ res hec raptim tangitur, adducamus q̃dam que Junioꝝ qdã cõtra Egidium referunt. Et pmo videť ꝙ Egidius contradicat ſibi. Nam in ſolõne pmi dubij voluit ꝙ nulla ſubalis forma gradualiter recipit magis ꝛ minus. At nũc vult ꝙ accñtalis recipit ppter diſpoſitionũ euariationẽ.

¶ Cõtra arguũt, qꝛ vt forma accidentalis pp diſpoſitiones in ſubiecto intẽditur, ꝛ remittiť, ſic ſubſtantialis.

O

¶ Scðo, tũc in omni elemẽto eẽnt oẽs qualitates in ſummo, ꝛ ꝙ ſemper equaliter intenderentur, vel remitterẽtur, cũ nõ habeãt diſpõnes pcedentes, q̃bus euariari poſſint.

¶ Tertio, ſequitur ꝙ nullũ agens naturale in eodẽ medio vnifoꝛmi per totuꝫ, poſſet diffoꝛmiter agere, cui⁹ cõtrariũ patet de lumine, ꝛ calido.

¶ Quarto, tũc agens nãle nõ poſſet aliquam qualitatẽ per aliqð tẽpus vniformiter generare, qꝛ ſi in pma medietate hoꝛe pducit calidũ, vt quatuoꝛ. in ſcða medietate neceſſario agit ſcðam medietatẽ, vt quatuoꝛ in minori tpe, qꝛ ſubiectuꝫ eſt melius diſpoſitum.

Alia põ.

¶ Mihi autẽ videť pmo eẽ tenẽdũ aliquã ſubſtãtiã gradualr remitti ꝛ intẽdi, vt forme ſubſtãtiales elntoꝝ, vt tenet Auer. 3º celi. cõmẽ. 67. ꝛ hoc nõ ſm eſſentias, nec ſm eẽ cõparatum eſſentie, ſed ſm eſſe qð habẽt in mã, pꝛout eni materia magis vel minus diſponiť p qualitates pmas, ſic forma ſm eſſe magis vel minus intenditur. Et p hoc nõ cogit argumentũ ſuũ, dicerẽ eniꝫ ꝙ ſm eẽ recipiũt magis ꝛ minus gradualr, nec eſſe dat ſpẽm, ſꝫ eẽntia.

P

¶ Dico ſcðo ꝙ in analogo ſube aliq̃ eſt pfectioꝛ aliqua iperfectioꝛ. Et nõ pꝛopter rõnem Egidij, qꝛ inequalr recedũt a pꝛimo, qꝛ cũ pmũ apud eũ ſit infinitũ, oẽs a pmo recederent equalr, qꝛ qcqd cadit ab infinito, per infinitũ diſtat, ꝛ vnũ infinitũ nõ eſt altero maius vel minus. Sed hoc dico pp receſſuꝫ a nõ gradu entiũ, vt a mã, ipſa eni mã eſt nõ gradus entiũ. Cuius elongatiõe vel appꝛopinquatione cetera mẽſurantur.

¶ Dico 3º ꝙ accñtia intenſibilia ꝛ remiſſibilia ſunt in duplici dñia, q̃dã magis cauſe ꝛ pᵃ vt ſimplices ꝛ pᵉ q̃litates. vꝫ calidũ, fridũ, ꝛ id genus. q̃dã ſunt magis cãta ꝛ ſcða vt albũ, nigruꝫ, ꝛ cetera id gen⁹. Tũc dico ꝙ loquẽdo de accñtib⁹ q̃ ſunt cãe, ꝛ pᵃ ſui nã, ꝛ nõ a pte ſubiecti recipiũt magis ꝛ min⁹ gradualr. nõ qdẽ ſm eẽntiã. ſꝫ ſm eſſe, qð eſt modus eẽntie. Nã queãdmodũ dimẽſio ſiue in ſubiecto, ſiue nõ i ſubiecto. hꝫet extẽſionẽ, ſic calidũ, tẽtionẽ. Cõcurrit tñ ſubiectũ, nõ vt cã foꝛalis intẽſiõis, ſꝫ tãq̃ꝫ cã ſine q̃ ñ. itẽqꝫ cõcurrit actiuitas agẽtis vt diſpõ ſine qua nõ.

Q

Verũ foꝛᵃ illa pma accñtalis ſua inclinatiõe apta eſt intẽdi ꝛ remitti. loquẽdo igitur de pꝛimis ꝛ cauſis, dicerẽ ea ſua inclinatione eſſe talia. Vlterius, dicerem ꝙ loquẽdo de ſecundis ꝛ cauſatis. illa non recipiunt magis ꝛ minus gradualiter, niſi ppter maioꝛem aut cõuenientioꝛeꝫ diſpoſitionem factam in materia ꝛ ſubiecto a pꝛimis, a quibus dependent. ꝛ quantũ ad hec vt puto Egidius intelligit. hoc declarať, qꝛ pꝛima ꝛ ſecunda ita differunt. ꝙ pꝛima in aliquo genere ſunt talia ſeipſis. at ſecũda ſunt talia ppter pꝛima, cuꝫ igitur pꝛima accidentia ſint talia ppter eoꝛum inclinationes ꝛ naturas, ipſa ſecũda vt albũ ꝛ id genus pꝛopter illa pꝛima erunt talia. Et hec (vt mihi videtur) eſt mens omnium ſapientũ.

¶ Rões Junioꝛum contra



A

cõtra hoc non cogunt. Ad pmã. ꝯcedo ꝙ pꝛime q̃litates per ſuas naturas remittunť, ſed ſecũde per nãm pmaꝝ.

¶ Ad ſcðaꝫ. dðꝫ ꝙ põt diffoꝛmiter agere in pmis nulla diſpõne ſuppoſita, niſi ſola appꝛoximatione. at i ſecũdis opꝫ vt pdiſponat mãm in pꝛimis. lumẽ quoqꝫ magis hꝫ rõnẽ pme qualitatis, q̃ꝫ ſecunde vt pꝫ ſcðo de aia.

¶ Ad tertiaꝫ pꝫ ſilr.

¶ Rões in pnº qõnũ facte facile deleňť. Ad pmã Auerroes rñdet illud eẽ itelligẽdũ ð ſubſtãtijs perfectis.

¶ Ad ſcðaꝫ pꝫ ꝙ nõ ppterea ſibi erit ꝯrĩũ. qꝛ ꝯria recipiuntur in ſubto ente actu, quo mõ nõ recipiũtur forme elntarie.

¶ Ad tertiã patet ſolõ, qꝛ nõ oĩs ſucceſſiua tranſmutatio eſt motus, ſed que in ſubto in actu, nec oĩs ſubita mutatio eſt generatio, niſi q̃ in ente in potentia.

¶ Ad argᵐ ſcðe qõnis. ſolõ pꝫ p qõnis ſolõnem.

Recognitiones.

¶ Epilogat, ꝛ dicit. Eſſendi igiť ſimplicem gñationẽ exiſtentẽ coꝛruptionẽ alterius ſm qd, ꝛ coꝛruptioneꝫ ſimplicẽ gñationẽ exiſtẽtem alicuius, hoc eſt, ꝙ gñatio ſimplex ſit alterius coꝛruptio ſm qd, ꝛ coꝛruptio ſimplex ſit alterius gñatio ſm qd, eſt dicta cã.

B

Quã epilogat, dicens. Pꝛopter eni mãm, hoc eſt pp terminos ad quos, quã mãm appellat, diximus differre, aut eo ꝙ ſuba eſt aut nõ, vt dicit pꝛima differentia, que eſt ipſuꝫ ens, ꝛ nõ ens, aut ꝙ hec mã eſt magis, illa vo min⁹, ħ eſt nobilioꝛ, ꝛ ignobilioꝛ, vt fuit ſcða differẽtia, aut hec qdem magis ſenſata eſt mã, ꝛ magis quid ſbale, ex qua mã fit, ꝛ in quã coꝛrũpiť. hec vo minus eſt ſenſata ꝛ minus ſubſtantiale qd, vt fuit tertia dñia. Ex his tribus differẽtijs factũ eſt, ꝙ gñatio vna eſt ſimplr altera ſm qd. ꝛ hoc ait, dicunť hec qdẽ ſimplr, hec aũt ſm aliqd ſoluꝫ gñari vel coꝛrũpi. Deinde ſequuntur illa vba [Qua vo, hec quidẽ] que nõ hñtur in codice greco noſtro, ſed bene in codice Philoponi, vbi ſꝫ eũ Ariſtoteles mouet hãc eãdẽ qõnẽ in oĩbus vlr, ꝛ non tm̃ in ſubſtãtijs que fiũt ex inuicem.

C

Querit enim vlr in ipſis entibus qd ſimplr generet, qd ſm qd. Hec enim qõ ampla eſt, cum q̃rat in entibus. qõ diſputata fuit pꝛeſſa, quia ſolũ in ſubijs. Unde in codice Philoponi, inqt, qua vo cauſa hec qdeꝫ ſimplr generari dicantur, hec vo ſm qd, nõ in his, que ex generatione inuicẽ ſolũ fiũt, ſm quẽ modũ nũc diximus in ſubſtãtijs, ſed vlr querẽdũ eſt. Cuius cãm dicit, nunc enim tm̃ determinatũ eſt, quare oĩ gñatione exiſtẽte coꝛruptiõe alterius, ꝛ oĩ coꝛruptione exñte alicuius alterius gñatiõe, non ſilr attribuimus generari ꝛ coꝛrũpi his, q̃ adinuicẽ tranſmutanť, ꝛ ſic qõ fuit pꝛeſſa ſolum in ſubſtantijs. At nũc q̃rendũ eſt vlr in oĩbus que generanť, que ſimplr, que ve ſꝫ qd generari ꝛ coꝛrũpi dicanť, hoc pacto Philoponus intelligit, qm̃ textus eius erat pfectus. In codice vo noſtro textus eſt iperfectus, ꝛ ideo nõ erat intelligibilis.

D

Hec qõ ꝛ tãgiť. 11. li. meta. diſputa. 4ª.

¶ In cõmẽtarijs q̃ſitum eſt vtrũ aliqua ſubſtantia ſuſcipiat magis ꝛ minus. Ubi bꝛeuibus reſumpta eſt poſitio Egidij ꝛ Alberti, ꝙ magis ꝛ minus pñt ſumi, aut gradualiter, aut pfectionalr. Gradualr, nulla ſuba ſuſcipit magis vel minus, qꝛ nõ ſm eius eẽntiã, cũ illa pertineat ad definitioneꝫ, que nec magis nec minus ſuſcipit, nec ſm eẽ, qa eſſe ptinet ad ſpẽm, q̃ nõ ſuſcipit magis ꝛ minus. Perfectionalr vo, in trãſcẽdẽti aliq̃ ſuba eſt magis altera, vt illa q̃ magis deo appꝛopinquat. In genere analogo etiã forma eſt magis ſuba q̃ꝫ mã, in gñe vniuoco vo, hõ eſt aial perfectius q̃ꝫ bos. Querit poſtea de accñtibus, ꝛ aſſerit, ꝙ accñtia ſm eoꝝ eſſentias nõ recipiunt magis ꝛ minus gradualr, ſed ſolũ rõne ſubti. Et ħ duplr, vel qa recipiunť in ſubo mediãte aliq̃ qualitate gradualr ſuſcipiente magis ac minus, vel qa recipiunť in ſubto mediantibus pluribus diſpõnib⁹. cũ quarũ vna hñt maioꝛẽ cõuenientiã q̃ꝫ cũ alia, quare ſuſcipiunt magis ꝛ minus rõne diſpõnũ materie.

E

De itẽſiõe formaꝝ.

¶ Scðum vo Auer. dðm eſt pꝛimo de ſubijs, ꝙ ſube elntoꝝ, ſiue eoꝝ foꝛᵉ nõ tm̃ perfectionalr in trãſcẽdẽti, ꝛ in gñe analogo, ꝛ gñe vniuoco ſuſcipiũt magis ꝛ minus, ſed ſuſcipiũt gradualiter magis ꝛ minus, ꝛ ſm eẽntiã, verũ eẽntia eſt duplex altera, que reſultat ex partib⁹ eẽntialib⁹ alterius rõnis, ꝛ hãc ſigt definitio, ꝛ ſm hanc, nec ſuba, nec accñs ſuſcipit magis ꝛ min⁹, cũ ħ ſit qdditas, q̃ eſt ſic nũerus, altera eſt eẽntia, q̃ reſultat ex partib⁹ eẽntialib⁹ eiuſdẽ rõnis. Cũ eni ptes caliditatis ſunt in eodẽ puncto ſubti. ex ijs reſultat eẽntia caliditatis maioꝛ, q̃ꝫ ſit eſſentia ptis, q̃ in eodẽ ſbto pceſſit. Ex his pꝫ ꝙ ſic eſſentia calitaĩ fit p additionẽ ptis calitaĩ ad ptẽ calitaĩ in eodẽ pũcto ſbti vtraqꝫ remanente, ex q̃ vtraqꝫ reſultat eẽntia q̃daꝫ caliditatis maioꝛ eẽntia ptis pcedẽtis, ꝛ ptis ſequẽtis, ſic intẽſio forme ignis fit vniformiter per itẽſionẽ caliditatis ꝛ per additionẽ ptis ad ptẽ vtraqꝫ remanẽte. hec de ſubſtãtijs.

F

Accñtia vero duplicia ſũt pᵃ ꝛ q̃ſi cauſe, vt q̃tuoꝛ q̃litates, ꝛ q̃ ex his ſequunť. Pꝛima ſuſcipiũt magis ꝛ minus nõ ſolũ pfectionaliter in tranſcendẽti, ꝛ in gñe analogo, ꝛ in genere vniuoco, ſed gradualiter in eadeꝫ ſpẽ per ſe, ꝛ ſm eẽntiaꝫ reſultantẽ ex partib⁹ eẽntialib⁹ eiuſdẽ rõnis. Accñtia vo ſcða, vt albũ nigrũ ꝛ id gen⁹ ſuſcipiũt magis ꝛ minus ad ſuſceptionẽ hoꝛũ, ꝛ de his itelligit Egidius.

Penes qd attẽdiť itẽſio foꝛᵉ ſm peripateticos.

¶ Penes qd autẽ forme dicanť itẽſioꝛes vel remiſſioꝛes alij vtrũ per acceſſuꝫ ad ſummũ, vel p receſſum a non gradu, de his libꝛo metaph. 8º dictũ eſt. Nũc vo dicas aliquã formã eſſe altera intẽſioꝛeꝫ, qꝛ in eodẽ pũcto ſubti plures gradus hꝫ. eam vo hꝫe plures gradus ſciť ex ſuppõne, nõ ſimplr. Nam ſciť, qꝛ ex illa pficiſciť pfectioꝛ opatio, q̃ eſt perfectioꝛ ex iudicio ſenſus. Nec Ariſtoteles aut alius peripateticus ſciuit aliaꝫ cãꝫ, cum vo q̃riť de pfectione opationis penes qd ſciť, dico ꝙ hec habeť ex ſuppõne ꝛ indicio ſenſitiuo, vl exiſtimatiuo, nec eſt alia via.

G

Ariſtoteles eni vbiqꝫ formã perfectiorẽ pbauit, qꝛ maioꝛẽ opationẽ pducere põt. Mẽſurat eni potẽtias penes vltima, in q̃ pñt, nec aliã viã dedit, alij modi calculatoꝛuꝫ aut penes receſſuꝫ a nõ gradu, aut penes acceſſuꝫ a ſũmo ſunt cõmẽticij, ꝛ petũt pncipiũ, qꝛ eadẽ q̃ſtio erit ppter qd hec magis recedit vel accedit ad nõ gradũ, vel ad ſummũ, ꝛ non põt aſſignari alia cã niſi ex affectu, qui ſupponitur ad ſenſuꝫ eẽ maioꝛem.

Regula, q̃ ſciť itenſio forme.

¶ Medici eni regulant medicinas in oꝛdine ad iudiciũ tactiuuꝫ, ſupponũt eni tactũ coꝛpoꝛis tẽperati eẽ calidũ, vt q̃tuoꝛ. ꝛ dicunt medicinã eẽ calidã vt vnũ ſupꝛa. ſ. tactũ, ſiue per vnũ gradũ ſupꝛa illuꝫ tactũ, qꝛ alterat ꝛ nõ ſentiť eius alteratio. Hoc eniꝫ aſſerunt eſſe calidũ p vnũ ſopꝛa tẽperatũ. cũ vero medicia alterat, ꝛ ſentitur eius alteratio, de cõſenſu dicũt eaꝫ eſſe calidam p duos gradus ſupꝛa tẽperatũ. cũ ledit, ꝛ nõ ſentitur eius leſio, dĩ calida p tres gradus ſupꝛa tactuꝫ.

H

Cũ vero medicina ledit ſenſibilr moꝛtificãdo tactũ, dicitur calida, p quatuoꝛ gradus ſupꝛa tactũ, ꝛ qm̃ tactus tẽperat⁹ ſupponebatur calidus, vt q̃tuoꝛ. ꝛ medicina ſupꝛa illũ p iudiciuꝫ eſt calida vt q̃tuoꝛ. relinquitur ꝙ medicina ſit, vt octo calida, qꝛ ſupꝛa q̃tuoꝛ gradus tẽperãtie addit quatuoꝛ. Scimus aũt ignẽ eſſe calidũ, vt octo. ꝛ plus, qꝛ applicatus tactui ſtatim ledit coꝛruptiue, q̃ ſupꝛa tactũ tẽperatũ erit calidus, vt q̃tuoꝛ. Sꝫ calidũ, vt quatuoꝛ reſpectu tactus tẽperati, eſt ſm nãm ſimplr calꝫ, vt octo, ergo ignis eſt, vt octo calidus, ꝛ ſic ſcim⁹ caliditatẽ eſſe caliditate altera intẽſioꝛẽ nõ penes receſſum vel acceſſum ad non gradũ vel ad ſummũ, ſed qꝛ de ea in eodem ſubiecto adequato plures gradus ſunt ei⁹, ſcim⁹ aũt plures gradus eẽ, qꝛ opatio eius, q̃ eſt calefactio eſt pluriũ

I graduũ. Hoc aũt habetur ex ſenſus iudicio, vt dictũ eſt. Non enim poſſumus ſcire hanc caliditatē plus vel minus recedere vel accedere ad ſummũ vel ad imuʒ, niſi ꝑ ei⁹ effectũ vltimũ. ℂ Hoc pacto peripatetici ſciuerũt ꝙ vn⁹ motus ſit altero velocioꝛ. Dixerũt eñi vnũ motũ localē eſſe altero velociorē, qꝛ ſpatiũ ꝑtranſitũ ꝑ vnuʒ eſt, mai⁹ ſpatio ꝑtrāſito ꝑ alteꝝ, vñ ꝗa ꝑtrāſitio, q̄ eſt effectus vnius, eſt maioꝛ ꝑtrāſitiōe, quę eſt effect⁹ alterius, vt 6° phyſico. habeť. ideo mot⁹ eſt velocioꝛ motu, ꝛ tota hęc ſciã habeť penes effectus motuũ. Penes cauſam vo ſciuerũt ꝙ motus equi eſt velocioꝛ motu toꝛtucę, qꝛ potētia motiua equi eſt maioꝛ potētia motiua toꝛtucę, at po^{am} motiuã equi eē maiorē potētia motiuę toꝛtucę, ſciuerunt, qꝛ maximũ, qδ pōt potentia motiua equi, eſt maius maxio, qδ pōt potētia motiua toꝛtucę, ꝛ ſic tã excesſus motuũ q̄ʒ excesſus potētiarũ ſciuerũt ſolũ ex effe-

K ctuũ excesſibus, vt ꝑmo de cęlo patuit, nec penes cāʒ potuerũt ſcire inquãto alter mot⁹ ſit altero velocioꝛ, qꝛ ſiue penes exceſſus potētiaꝝ, ſiue penes exceſſus ꝑpoꝛtionũ, cũ ꝑpoꝛtiones, ꝛ exceſſus ſint diminuibiles, ꝛ augumētabiles in īfinitũ, aliquis motus poſſet altero motus fieri velocioꝛ, ꝛ tardioꝛ ī īfinitũ, qδ nãlis phis abhoꝛret, cuʒ in natura ſit velociſſimũ, ꝛ tardiſſimũ. ergo oēs regulę aſſignatę penes cām in velocitatũ cognitiōe ſũt cōmentitię, ꝛ nō verę. nec peripateticę. Sil'r mō in q̄litatibus ſcimus penes cām vnã eſſe altera intēſiorē, qꝛ in eodē ſubiecto adęq̄to de ea ſunt plures grad⁹, q̄ʒ ī ſubiecto alterius. Scimus vo poſtea de vna eſſe plures gradus in eodē ſubiecto adequato ꝑ effect⁹, quos ꝑ iudiciũ

L ſenſitiuũ exiſtimamus eē tot graduũ, vt dcm̃ eſt. Calculatoꝛes aũt, cuʒ ſint ignari peripateticę phię tradunť ad aniles fabellas, ꝛ de his fecerũt cōmēta, quę deſiderãt perpetuum ſilentium, qꝛ detinuerunt multis annis multa ac ꝑclara ingenia in magna phię ignoꝛantia.

Tex. anti. cōme. 62. ℂ Quod autem poſt dř, non q̄rit hoc: ſed quare diſcēs q̄dē, nō dicitur ſimpl'r generari, ſed generari ſciens, planta autem generari.

Dilucidaº. te. c. eiuſdē ℂ Qδ aũt poſtea diceť, nō hoc q̄ret. ſed quare aliq̄ñ diſcens non dicitur ſimpl'r gñari, ſed generari ſciēs. Naſcens vero generari.

Coñ. 62. ℂ His epilogatis, q̄rit circa dicta ꝑpter q̄d naſcēs generari diciť ſimpl'r vt planta, vel aĩal. At diſcēs aliq̄ñ non diciť gñari ſimpl'r. ſed effici ſciens, q̄ſiuit in ꝑcedentib⁹ quare generatio vnius eſt alteri⁹ coꝛruptio, ꝛ nō eodeʒ mō, qꝛ vnius per ſe, alterius ſm̃ quid, nũc q̄rit ꝑꝑ quid ſubſtātia ſimpl'r gñari diciť, accñs ſm̃ quid. Et hoc ait. Qδ aũt poſtea diceť, non h̄ q̄ret. vʒ. vtrũ gñatio vni⁹ ſit

M coꝛruptio alteri⁹. ꝛ reliq. ſed q̄ret vtiq̄ʒ q̄re diſcēs aliq̄ñ quidē nō dř ſimpl'r gñari, ſed gñari ſciens. Et in cęteris accidētibus ſimiliter. Naſcens vo gñari abſolute ꝛ ſimpliciter. dixit aliq̄ñ, quod gręce eſt pote, qꝛ etiam in accidētibus aliquid generari poteſt ſimpliciter cōparatione facta ad ſe. vt calidũ reſpectu frigidi.

Recognitiones. ℂ Mouit q̄onem, nũc ponit differentiã inter q̄onem factam, ꝛ eam, quã poſterius mouit ꝛ exponit q̄onem poſterius motã. ꝛ dicit. Qδ autē poſt diciť, non quęrit hoc .ſ. vtrũ ī tranſmutationib⁹ ſ̄balib⁹ ſic aliq̄ ſimpl'r, aliqua ſm̃ q̄d, vt in ꝑrima q̄one fuit q̄ſitum. Sed q̄rit quare diſcēs, cũ fit ſciēs, nō diciť ſimpl'r gñari, aliquid autem cuʒ fit planta, diciť ſimpl'r fieri. Patet igitur dĩa q̄onuʒ, qꝛ illa fuit preſſa, ꝛ ſolũ in ſ̄balib⁹ trāſmutationib⁹, hęc eſt fuſa in oībus entib⁹. Pʒ etia expō q̄ſtionis, quę eſt. cur, cum, aliquid fit ſubſtātia, diciť ſimpl'r fieri, cũ aliquid fit

ſciens, non diciť ſimpl'r fieri, ſed fieri aliq̄d. ſ. ſciens. hęc eſt expoſitio quęſtionis, ꝛ ita ſimul expoſuit quęſtioneʒ, ꝛ poſuit differentiam inter quęſtiones. N

ℂ Hęc autem, determinata ſunt ꝑdicamentis. hęc enim, hoc aliq̄d ſignificant, hęc aũt quale, hęc autem quãtuʒ. Quęcũq̄ʒ igitur nō ſubſtãtiaʒ ſignificãt, non dicuntur ſimpliciter generari, ſed ſm̃ quid fieri. Sʒ tñ ſil'r fieri in oīb⁹ generatio q̄dem, ſm̃ ea quę in alio oꝛdine, diciť. puta in ſubſtãtia q̄deʒ, ſi ignis, ſed non, ſi terra. in qualitate autem, ſi ſciēs, ſed non ſi neſciens. Tex. antiquus. c. 63.

ℂ Hęc autem determinata ſunt in ꝑñtis. Nam hęc quideʒ hoc aliquid ſignificant. Illa vo q̄le, alia auteʒ quãtũ. quęcũq̄ʒ igiť nō ſubſtãtiaʒ ſignificant, non dicuntur ſimpliciter. ſed ſʒ q̄d generari. Verũ non ſil'r oībus generatio quidē eſt ſm̃ ea q̄ in oꝛdine altero dicunť. vt in ſubſtãtia quideʒ, ſi ignis. nō autē ſi terra. In quali vero ſi ſciens, non autem aliquando ſi neſciens. Dilucidaº. te. c. eiuſdē O

ℂ Soluit. q. per ea quę in ꝑdicamētis dicta ſunt. Ibi eñi dixit eoꝝ quę ſunt, alia hoc aliq̄d ſignificare, alia vo q̄le, aut quãtuʒ, ꝛ id genus. Tũc ſoluit ꝙ q̄cũq̄ʒ hoc aliq̄d ſunt, ſimpl'r generari dicũtur, ꝛ hęc ſunt īdiuidua ſubſtãtię vt dixit Auerroes hic paraphraxe. 20ª. Cętera autē ſm̃ q̄d generari nũcupantur. ℂ Sed cōtra replicabis, tũc oīs ſubſtãtia ſimpliciter gñareť, ꝛ ſic terra, cuius cōtrariũ diximus. Itēq̄ʒ oē accidens ſm̃ q̄d generabitur, qδ etiã nō eſt ita. Propter hęc ſubſcribit. verum non ſimiliter oībus generatio quidem eſt, ſm̃ ea quę in altera coordinatione ſunt, hoc eſt non omnia inter ſe vnius coordinationis ſimpl'r generãtur. nã in ſubſtãtia ignis ſimpliciter generatur, nō terra. In quali vo ſciens. non aũt neſciens, quaſi velit ꝙ cōparando ſubſtãtiarum coordinationē ad illaʒ accidētiuʒ, qδlibet coordinationis ſubſtantię ſimpl'r generať reſpectu cuiuſlibet coordinationis accidētiuʒ. ſ̄ʒ cōparando ea inter ſe vt ſubſtãtias inter ſe, nō qδlibʒ dř ſimpl'r gñari. Nã in quali ipʒ ſciēs dř ſimpl'r gñari reſpectu neſcientis, qδ valde ſm̃ q̄d fit. Cōmē. 63. P

ℂ Soluit, ꝛ repetit ſol'onē, quã aſſignauit ī ꝑdicamētis, poſtea dicit qδdaʒ cōe vtriſq̄ʒ gñationibus. Soluendo ergo dicit, ꝙ in ꝑdicamētis hęc qδ determinata eſt, vbi eſt dcm̃, ꝙ quę ſm̃ ſubſtãtiã gñantur, ſimpl'r generanť, quę vo gñanť ſm̃ aliqδ alioꝝ ꝑñtoꝝ, gñatur ſm̃ quid. vnde dicit. Hęc aũt determinata ſunt ꝑñtis, hoc eſt differētia ꝑdicamētoꝝ, nã ꝑñtoꝝ hęc ſignificãt hoc aliq̄d. ſ. indiuidua ſubſtãtię, ꝛ tũc illud qδ diciť fieri aliquid iſtorũ, diciť ſimpl'r fieri, q̄ñ ſubſtãtia eſt hoc aliq̄d, hoc eſt ſimpl'r ens. Hęc autē ꝑdicamētoꝝ ſignificant quale, h̄ autē quãtũ, quoꝝ nullum eſt ens ſimpl'r, ꝛ ideo ꝯcludit. Quęcũq̄ʒ igiť non ſubſtãtiã ſignificant, nō dicuntur ſimpliciter generari, ſed ſupple. ſi dicũtur generari, dicunť ſm̃ q̄d generari, ꝛ ita illud qδ fit albũ, diciť fieri albuʒ, nō autē diciť fieri, qδ autē diciť fieri hō, vel planta, diciť fieri ſimpl'r. Deinde ſequunť illa vba [Sed tñ ſimiliter fieri in oībus] vbi ſm̃ Alexandrũ, ꝛ Philoponũ ponit vnuʒ cōe in oībus ꝑdicamētis, ſiue generentur ſimpliciter, ſiue ſm̃ quid, ꝛ cōe eſt, ꝙ ea tranſmutatio, q̄ eſt ad terminũ honoꝛatiorē, ac nobiliorē ꝑ excellentiaʒ dicitur generatio, quę vero eſt ad terminũ ignobilioꝛem, nō gñatio dř, ſed coꝛruptio ꝑoꝛis foꝛmę, ꝛ mutatio, vl' trãſmutatio. vbi gřa. cum fit ignis ex terra, gñatio diciť ignis Recognitiones. Q



A ignis, cũ vo ex igne fit terra, hęc trãſmutatio dicitur coꝛruptio ignis, non tñ diciť gñatio terrę, ſed dř mutatio, vel trãſmutatio ignis in terrã. Sil'r cuʒ ex nigro fit mutatio in album, hęc diciť mutatio, ꝛ dř gñatio albi. Mutatio vo albi in nigrum, non dicitur nigri gñatio, ſed albi coꝛruptio, ꝛ mutatio albi in nigruʒ, hoc ģ eſt cōe in oībus ꝑdicamentis, ꝛ hoc inq̄t. Sʒ tñ ſil'r in oībus. ſ. tam in ſubſtãtijs, q̄ʒ in accidētib⁹ ipm̃ fieri ſm̃ ea, vel comparata ad ea, quę ſunt in alio oꝛdine. ſ. eoꝝ quę ſunt ignobiliora, dř generatio. hoc eſt ipm̃ fieri rerũ nobiliũ comparatione eoꝝ, q̄ ſunt in alio oꝛdine. ſ. ignobiliuʒ, diciť gñatio, vtpote in ſubã ſi genereť ignis ex terra, hęc trãſmutatio ſiue hoc fieri dř generatio, ſed nō diciť gñatio. ſi ex igne fit terra, ſed diciť coꝛruptio ignis, ꝛ tranſmutatio ignis

B in terrã. Sil'r in accidētibus hoc eſt, vt in qualitate. Si ex inſcio fit ſciens, qδ fit ſciēs dř generari ſciēs, ſed ſi de ſciente fit neſciēs, nō dř fieri, ſed coꝛrũpi ipſum ſciens, ꝛ mutari in neſciēs. Simili ratione in cęteris generibus, ꝛ ſpecieb⁹. Hęc eſt expoſitio Alexãdri, ꝛ Philoponi. Et ſi aliquãdo Ariſto. vtitur ꝯtrario, hoc eſt de licētia vtētiũ, ꝑpꝛie tamē ſemꝑ eſt dōm, vt dcm̃ eſt. Ex his pʒ, ꝙ trãſlationes noſtrę, ꝛ codex gręcus ſint coꝛrupti. In quibus legitur [verum non ſimpl'r] ꝛ reliqua, ꝗa textus eſt affirmatiuus apud codicem Alexandri ꝛ Philoponi.

Tex. anti. coñ. 64. ℂ De eo igitur qδ eſt hęc ſimpl'r gñari, hęc autem ſm̃ quid. ꝛ vl'r in ſubſtantijs ipſis dictum eſt ꝛ ꝙ vt generatio continue ſit, cauſa vt materia, ſubiectum eſt, quoniam tranſmutatur in cōtraria. ꝛ eſt alterius generatio ſemꝑ in ſub-

C ſtantijs, alterius coꝛruptio, ꝛ alterius coꝛruptio, alterius generatio.

Dilucidaº. te. c. eiuſdē ℂ Propter quid quidem igitur hęc q̄dem ſimpliciter generãtur. Illa vero non. ꝛ vl'r in ſubſtantijs ipſis, dictum eſt. Et ꝑpter q̄d gñationis eiuſmodi continuo cauſa vt mã ſit ſubm̃, q̄ñ tranſmutabile in cōtraria. Et ꝑꝑ q̄d ſemꝑ alterius gñatio in ſubſtãtijs eſt alteri⁹ coꝛruptio, ꝛ coꝛruptio alterius, generatio alterius.

Coñ. 64. ℂ Epilogat oīa. ꝛ inq̄t. Propter q̄d quideʒ igiť hęc q̄dem ſimpl'r gñanť. Illa vo nō. ꝛ vl'r in ſubſtãtijs ſimpl'r, generatio ſit, dcm̃ eſt. Et ꝑpter q̄d generationis ꝯtinuo cauſa vt materia ſit ſubiectum, ſubaudi dictum eſt: quoniam tranſmutabile in contraria. Et propter quid ſemper alterius generatio in ſubſtantijs eſt alterius coꝛruptio, et

D econtra. dictum eſt. Hęc igitur ſunt quę dixit.

Recognitiones. ℂ Epilogat oīa declarata breuibus, ꝛ ꝑmo ꝙ dcm̃ ſit ꝙ aliqua ſimpl'r generanť, ꝛ aliqua ſm̃ q̄d, hoc eſt ꝑmum. Scδo eſt dictũ vl'r in ſubſtãtijs. ꝙ cauſa vt mã vt generatio ſit cōtinue, ꝛ ſemꝑ eſt ſubtũ gñatiōis, q̄ñ tale ſubiectuʒ ſemꝑ trãſmutať in cōtraria. ergo dicta eſt cã vt materia cur gñatio eſt ꝯtinua, ꝛ eſt hęc cauſa, ꝗa ſubiectũ generatiōis ſemꝑ trãſmutať de vno ꝯtrario in aliud. Cum enim tranſmutatur de vno contrario in alterũ. iō ſemꝑ generatio alterius eſt, cũ coꝛrũpiť alterum. Scδa ratio fuit, ꝙ in ſubſtãtijs ſemꝑ generatio vnius eſt coꝛruptio alterius, ꝛ ecōtrario. coꝛruptio vni⁹ ē generatio alteri⁹. His duab⁹ de cauſis nō pōt eē generatio ſine coꝛruptione, nec coꝛruptio ſine gñatione, ꝛ ita gñatio nũquaʒ pōt deficere penitus. Addit aũt Ariſto. [in ſubſtantijs] qꝛ (vt Philoponus inq̄t) In accidētibus nō opʒ generationeʒ vnius eſſe coꝛruptionē alterius, nã gñatur ſciens, ꝛ nihil coꝛrũpitur, generať aer luminoſus, ꝛ nihil coꝛrũpitur.

ℂ At vo neq̄ʒ quęrere opʒ, quare generatur aliquid ſemper coꝛruptis alijs. Quemadmodum enim ꝛ coꝛrũpi hoc ſimpl'r inquiũt quando ad inſenſibile venit ꝛ nō ens, ſimil'r ꝛ generari ex non ente inquiunt quando ex inſenſibili. Siue igitur exiſtente aliquo ſubiecto, ſiue non, generatur ex non ente. quare ſimiliter, ꝛ gñatur ex non ente ꝛ coꝛrumpitur in non ens. E Tex. anti. cōme. 65.

ℂ Verũtamē non quęrere opʒ quare peremptis ſemper quodpiam fit. Nam quemadmodum ꝛ coꝛrumpi ſimpl'r dicunt quãdo ad inſenſile itur ꝛ non ens, ſic ꝛ generari aiunt ex non ente, quãdo ex inſenſili, ſiue igitur ſubiecto exiſtēte aliquo, ſiue non, fit ex non ente. quare ſimiliter fit ꝛ ex non ente, ꝛ coꝛrumpitur ad non ens. Dilucidaº. te. c. eiuſdē F

ℂ Nunc oſtendit quę q̄ſtio nō ſit q̄renda apud veteres. ꝛ inquit. Verũtamē nō q̄rere opʒ quare perēptis ſemꝑ quodpiã fit. hęc q̄ſtio nō eſt q̄renda apud veteres, cuius cauſam ſubſcribit. d. Naʒ quēadmodũ ꝛ coꝛrũpi ſimpliciter dicunt. quando ad inſenſile itur ꝛ non ens, ſic ꝛ generari aiunt ex non ente, quando ex inſenſili. ſiue igitur ſubiecto exiſtente aliquo ente actu, ſiue nō, fit omne qδ fit ex non ente. Et ſic concludit ad mentem antiquoꝛum, quare ſimiliter fit ex non ente, ꝛ coꝛrumpitur ad nō ens. Et ſic q̄ſtio quare aliquid ſimpliciter generatur, ꝛ aliq̄d ſimpliciter coꝛrũpiť, eſt nulla apud antiquos, ꝗa apud eos tunc generari eſt ſimpliciter quando ad ſenſile itur. coꝛrumpi, quando ad inſenſile. Coñ. 65.

Jn cõmẽtarijs q̃riť primo vtrum ꝑ augumẽtationẽ genereť noua ſubalis forma, vel ſalteʒ partes ſubſtantiales formę nouę. Soluiť q̃ nec for^a noua generať per augumẽtationẽ, nec aliq̃ pars ei⁹, ſed eadem nũero forma, q̃ fuit, remanet, augeť autẽ ſm̃ q̃ʒlibʒ partẽ (vt Philoponus inqt) nõ per gñationẽ nouę partis ſupra nouã materię partẽ, ſʒ per hoc q̃ forma prior ſit in maiore mã q̃ʒ prius erat. Cum enim forma prior ſit in maiori mã q̃ʒ prius erat, forma derelinquitur maior, ⁊ quęlibet eius ps maior, ⁊ hęc eſt expreſſa opinio Philoponi. Sed dices ſi aia ſenſitiua ⁊ itellectiua eſt idiuiſibilis, quo mõ augẽtur, ⁊ quõ q̃libet pars aię ſit maior, ſm̃ Auer. ⁊ Philoponũ nõ eſt difficile reſpõdere, quoniam ſm̃ eos q̃libet aia eſt mãlis, ⁊ diuiſibilis, ⁊ in maiori maior, ⁊ in minori minor. Jn hoïe eni lʒ itellectus ſit idiuiſibilis, dianoetica eſt diuiſibilis, ⁊ in maiori maior, ⁊ in minori minor. ſm̃ tñ veritatẽ dicẽdũ q̃ ſicut dupl'r aliqua forma dici põt diuiſibilis, aut ꝑ ęqualentiã, vtpote quę eſt in maiori corpore, ⁊ in q̃libet eius ꝑte, ⁊ formaliter, q̃ formal'r in maiori corpore eſt maior, ⁊ in minore minor, ſic dupl'r poſſumus dicere, formã fieri maiorem ſm̃ ſe, ⁊ q̃ʒlibet eius partẽ.

E

Formal'r quidẽ, vt aia plãtaruʒ, ꝑ ęquiualentiã, vt humana aia, ⁊ aia perfectoꝝ animaliuʒ. aia humana augeť nõ per hoc q̃ in maiori materia fiat formal'r maior, ſed per ęqualẽtiã, q̄ eſt in tota maiori mã, ⁊ in q̃libet eius ꝑte, ⁊ ſic ꝑ ęquiualẽtiã dr̃ augeri, q̄ informat maiorẽ mãm q̃ʒ prius, ⁊ dr̃ quęlibet ps eius fieri maior, q̄ ipſa in q̃libet ꝑte maiori ineſt. ğ ipſa augeť, ⁊ q̃libet eius pars ſit maior, quatenus ipſa eſt in tota maiori mã, ⁊ in q̃libet parte materię, q̃ eſt facta maior q̃ʒ prius erat, hęc ſunt dicẽda ꝓ veritate. Eſt eniʒ veritas tales aias eſſe formal'r indiuiſibiles, ęqualere aũt formis diuiſibilibus, quoniã ſunt aptę informare tantaʒ materiã, ⁊ quãlibet eius partem, quantam formę diuiſibiles ſunt aptę informare. ergo ſicut illę ſunt formaliter extenſę, ita iſtę ſunt ęquiualenter extenſę.

F

**¶ Non igitur ipſum ſm̃ ſe. generatio eni eſſet, non augumentatio. ſed quod augetur, in boc.** nt.c.113.

**¶ Non igiť ipſum per ſe. eẽt enim iã generatio, non auctio. Sed quod augetur, eſt in hoc.** Dilucida⁹. te.c.eiuſdẽ

¶ Quaſi quãdaʒ differẽtiã colligit inter gñationeʒ ⁊ auctionem ex dictis, qua põt tolli dubiuʒ, q̃. vʒ. in auctiõe res augenda, vtpote caro, nõ per ſe ſit ſeorſum. Sed qđ augetur, eſt in hoc. ⁊ ſic auctio videť aggeneratio q̃daʒ, cuius cãm dat. eẽt eni iã generatio, nõ auctio, vbi caro vel qđ augeť per ſe ſeorſũʒ fieret. Com. 113.

¶ Sʒ dices. dũ augetur caro, ſit caro vel nõ, ſi non ſit. nõ augeť. ſi ſit, vel noua, aut antiqua. dici põt q̃ nõ ſit, noua caro per ſe vt bene ait Ariſt. ſed ſit noua per accñs, hoc mõ q̃ forma carnis antiqua induciť in mã eius, quę gñatio non tollit auctionis rõne, imo facit veram auctioneʒ, cũ ꝑ eiuſmodi gñationem forma aucti fiat in maiori mã. gñatio vo per ſe tollit rationẽ auctionis. ⁊ ideo bene Ariſto. vocat auctionem generationeʒ in hoc, non extra hoc per ſe. ⁊ ſit caro non ſimpliciter, ſed ſm̃ quid, pro quãto forma carnis efficitur in noua materia, in qua non prę̨erat.

G

¶ Scđm Philoponũ (⁊ vt diximus in cõmentarijs) hic Ariſt. ponit differẽtiã gñationis, ⁊ augumẽtationis, qm̃ generatio eſt mutatio ei⁹ materię, q̃ per ſe eſt, augumẽtatio vo eſt mutatio nõ eius materię, q̃ eſt per ſe, ſʒ eius qđ mutať in eo, qđ augetur. Eſt eni augumẽtatio mutatio nutrimẽti in eo, qđ augeť, non aũt mutatio nutrimẽti per ſe. verũ de hac differẽtia in cõmẽtarijs (vñ inqt) Non igitur ipſuʒ ſcđm qđ augetur, ſit per ſe. generatio enim eſſet, ⁊ nõ augumentatio. Sed qđ augeť. ſ. ipſa forma, ſit in hoc. ſ. in materia nutrimenti priori nutrimenti forma corrupta, nõ dicitur auteʒ generatio, q̄ nõ ſit in illa materia per ſe, prę̨erat enim ideo ſit in illa materia, quatenus illa ſit vna cum materia totali. recog̃nes.

H

Ex quo patet (vt Philoponus inquit) q̃ nõ poteſt fieri auctio ſine generatione, quoniã nõ poteſt fieri auctio ſine corruptione, verũ non diciť generatio, q̄ forma nõ ſit, prę̨erat. n. ſed ſit in hoc, hoc eſt in mã nutrimẽti. mõ nõ ſeqtur, forma ſit in hac mã. ergo forma ſit. Sʒ occures corruptio vnius eſt gñatio alterius. ğ corruptio ſimpl'r vni⁹ eſt generatio ſimpl'r alterius. Dicẽdũ q̃ corruptio vnius põt dici totalis corruptio, ⁊ tñ gñatio nõ diceť ſimpl'r generatio. Cibus eni ſimpl'r corrũpitur, ⁊ tamẽ forma in ei⁹ mã non ſimpl'r gñatur, ſed ſatis eſt, vt in ei⁹ mã fiat ſubſtantialis for^a, in qua ꝑus nõ erat, vt pʒ in cõmentarijs.

**¶ Quod igiť patiens ab hoc auctũ eſt, an mi-** Ant.c.114

I ſtum,quemadmoduꝫ ſi qs vino ſupinfundat aquã,hoc autē poſſit vinũ facere qđ miſtum. Et quēadmodũ ignis tangens vrendũ vrit, ita in eo qđ augetur,⁊ exiſtente actu carne,qđ ineſt augumentatiuum,adueniente potentia carne fecit actu carnem.

Dilucida°. te.c.eiuſdē ❡Qđ igit̃ patit̃ ab hoc,auget̃,aut miſtum eſt. quēadmodũ vino ſiqs ſupeffundat aquã.hoc aũt qđ miſtũ eſt pōt,qđ aqua ipſa poteſt agere,⁊ vt ignis tãgens vrendũ.ita in hoc qđ auget̃,eſt caro actu,q̃ exiſtēs quoddã auctiuuꝫ adueniēs,potētia carnē,faciet in actu carneꝫ.

Coñ.114 ❡Hactenus quale alimētũ ſit,explicauit,nũc ꝗd auctũ

K explicat.Aiaduerte ꝙ auctio eſt ſil'is miſtioni,⁊ eſt ſil'is alteratiōi.ꝓ quãto ꝗdē ex aucto ⁊ nutrimēto fit maius, miſto perſil'e eſt,vbi totũ exercet opera ꝑdominãtis.ꝓ quãto vo agit in nutrimētũ,auctũ alteranti ſil'e eſt,⁊ auctio ipſi alterationi.has duas ſil'itudines volēs(inquit.) Qđ igr̃ patit̃ ab hoc,auget̃.aut miſtũ eſt.⁊ ſic auctuꝫ eſt tale in potētia,quale nutrimētũ actu.tũc ſil'itudinē primam aſſignans(inqt)Quēadmodũ vino ſiqs ſupeffundat aquã,ſic nutrimētuꝫ fundit̃ nutrito.hoc autē qđ miſtũ eſt,pōt qđ ipſa aqua pōt agere.ſic nutritũ cõuerſum in ſubam mēbri facit qđ mēbruꝫ.⁊ ſic auctio miſtioni videt̃ ſimilis.Deinde declarat 2am ſil'itudineꝫ.d.⁊ vt ignis tangēs vrendũ,ſubaudi vrit,⁊ auget̃ ab illo,ita in h qđ augetur eſt caro actu,quę exiſtens quoddaꝫ augumentabile,adueniens potentia carnem facit in actu carnē, ⁊ ſic videtur augenduꝫ ſimile alteranti,⁊ auctio altera-

L tioni.⁊ ſic quid augumentabile ſit,patet.

Recog̃es ❡Scđm Philoponũ Ariſto.tria ſimul declarat,⁊ ꝗd eſt quod auget,⁊ qđ auget̃,⁊ quid eſt virtus,q̃ auget,⁊ tertio declarat quomodo fit augumētatio ſine penetratione. Et rñdet ad hęc omnia,⁊ dicit primo ꝙ tam id quod auctũ eſt,q̃ꝫ id qđ auget eſt miſtũ.aliter tñ ⁊ aliter,quod eniꝫ augetur,eſt miſtũ hoc eſt forma in materia exiſtēs, qđ autē auget,eſt miſtũ ex materia ⁊ forma.Scđo dicit ꝙ auctio fit modo quo vinum augetur ex appoſitione aque,⁊ ignis ex appoſitione vrendi.nam vinuꝫ conuertendo aquã fit maius,⁊ ignis conuertendo vrendũ etiã fit maior.Tertio dicit,ꝙ virtus q̃ conuerſionē hanc facit,eſt facultas nutritiua,q̃ eſt in eo qđ augetur,veluti erat virtus in vino,⁊ igne.vñ inquit.⁊ querit,quid igit̃ eſt auctũ ipſuꝫ ab hoc.ſ.cibo patiēs.Eſt ergo q̃ſtio,quid eſt ipſuꝫ qđ auget̃,⁊ ſimili rōne quid eſt ipſum qđ auget,

M queri poteſt.Rñdet,an miſtuꝫ.eſt ergo ſol'.ꝙ vtrãqꝫ ſit miſtũ,non tñ eodē mō,qm̃ qđ auget̃ eſt forma exiſtēs in materia quaſi illi ꝑmiſta,qđ auget ē cõpoſitũ,nec ꝓbat hoc,ſed tanq̃ꝫ manifeſtuꝫ ex dictis ſumit.Deinde affert modũ q̃uo fieri pōt augumentatio ſine penetratiōe nutrimēti in corpus eius,qđ auget̃,⁊ exponit virtutē per quã fit(⁊ inqt.) Quēadmodũ ſi quis vino ſupeffundat aquã,ita ꝙ vinũ,hoc qđ eſt ipſi miſtuꝫ,poſſit facere vinuꝫ,hoc eſt,vt adeo parua ſit aqua,vt vinũ poſſit ꝯuertere illã in ſubam eius.Et quēadmodũ ignis tãgēs ipſuꝫ vrendũ,cõuertit ipſuꝫ in eius ſubaꝫ,⁊ fit maior,ita in eo qđ augetur qđ adhuc exiſtit actu caro,ineſt virtus ⁊ facultas augumētatiua q̃ aduenięte po° carne,facit actu carnē.Ergo ſicut vinuꝫ ꝯuertit aquã ſine penetratione aquei corporis in vinũ,⁊ ſicut ignis cõuertit cõbuſtibile,⁊ vinũ ⁊ ignis fiũt maiores nulla iteruenięte penetratione aquei corporis in vini corpus,nec corporis vrēdi in ignē,ſic membrũ auget̃ per appoſitioneꝫ humidi extranei.Ut eni inqt Philoponus nouum humidũ pellit priſtinũ,⁊ facit vt vicinet̃ mēbro.Facta aũt appropinquatione,virtus mēbri cõuertit appoſitũ in eius ſubaꝫ vt faciũt ignis ⁊ vinũ.Quo vo mō apponat̃,dictuꝫ eſt, ⁊ Philoponus repetit,dictũ eſt eni totũ mēbrũ habere venulas paruas minutas,quę recipiunt ſanguinē a maioribus,ſanguis ergo nouus pellit antiquum ⁊ facit,vt magis vicinet̃ mēbro,⁊ ſic appoſito nutrimento creſcit mēbrũ,ſicut ignis appoſito cõbuſtibili ⁊ vt vinũ,appoſita aqua creſcit.Creſcit aũt totũ mēbrũ appoſito nutrimēto,q2 virtus nutritiua eſt in toto mēbro,⁊ in q̃lꝫ eius parte,⁊ ita nō pōt augeri in parte q̃ eſt ꝓpinqua nutrimento,quin augeat̃ in totũ.Quare nō opꝫ(vt Philoponus inqt)vt nutrimētũ per totũ nutrituꝫ penetret,ſicut nec cõbuſtibile per totũ ignē,ſatis eni eſt,vt partib⁹ vicinetur,nã virtus,quę eſt in toto,efficit,vt totũ fiat maius.veluti ad hoc,vt diminuat̃ ſanguis a toto corpore, nō opꝫ,vt trahat̃ per flebotomiã a ſingulis partib⁹ venę,ſatis eni eſt.vt ꝑ vnã parteꝫ diminuatur,q2 ſic diminuit̃ in toto.g̃ ad hoc,vt mēbruꝫ auget̃,non opꝫ,vt ſingulę partes recipiãt nutrimētũ,ſed ſatis eſt,vt ſanguis vicinet̃ aliquibus partib⁹,qm̃ virtus q̃ eſt in toto,illum cõuertit in totũ,q2 cũ replent̃ venę maiuſculę,replent̃, venę minores,⁊ minores,ita,vt ſanguis vicinet̃ mēbro. ⁊ cũ in toto mēbro,⁊ ſingulis eius ꝑtib⁹ ſit virtus auctiua,cũ illa virtus conuertit ſanguinē vicinũ partib⁹ exterioribus,auget illas,⁊ cęteras oēs partes,⁊ ita fit mai⁹ totũ mēbruꝫ ſm oēm dimenſionē.Ex his pꝫ ſm Philoponũ nō eē neceſſariã virtutē attractiuã nutrimēti,cuꝫ ſanguis deferat̃ ad mēbruꝫ pulſione ſm Philoponum. Sed queres illa humiditas antiqua,quę in vēnulis mēbri adeſt,ꝗd eſt.dđm ſm Philoponũ,ꝙ duplex eſt humiditas,radicalis,⁊ hęc eſt el'ntuꝫ particulę,⁊ ſubſtãtia eius.ſ.cuiuſqꝫ ꝓpria,⁊ nutrimētalis ⁊ hęc ē ſanguis,qui continet̃ in venis,quãdo ergo aduenit ſanguis ex nutritiōe genitus,apponitur per venas priori ſanguini,⁊ ſic pellendo illuꝫ,facit,vt vicinet̃ mēbro,⁊ qm̃ in membro eſt virtus auctiua mox appoſito nutribili,qđ eſt potentia mēbrum,illa virtus conuertit illud in eius ſubſtantiam,⁊ ſic augetur totum,virtute illa exiſtente in toto membro,hęc ex Philopono.

quom̊ fiat auctio N

O

P

❡Ergo,ſimul exiſtente.ſi enim ſeorſum,generatio.Eſt enim ita ignem facere,ad exiſtentem,adiungentem ligna.ſed ſic quidem,augumentatio eſt.Quando autem ipſa ligna incēduntur,generatio eſt. Anti.c.115

Q

❡Simul igit̃ exiſtēte.ſi eniꝫ ſeorſuꝫ,generatio erit.eſt quidē enim ſic ignē agere in ꝑexiſtens adiungētē ligna,ſed ſic quidē eſt auctio,quãdo vero ipſa ligna accendit,generatio eſt. Dilucida°. te.c.eiuſdē

❡Nunc concludit ex dictis modũ quo fit auctio ipſa,q̃ patebit differētia īter generationē ⁊ auctionē,⁊ vult ꝙ niſi auctum ⁊ augens ſint ſimul ⁊ vnũ,ita vt ex alimēto ⁊ membro vnuꝫ fiat,non fiet auctio,vbi nãqꝫ alimētum ipſum ſeorſum in nãm vertere carnis,ita vt forma noue carnis alia ſit ab antiqua,non auctio erit,ſed gñatio. opꝫ igitur vt caro cibum ipſuꝫ in ſui naturã vertat.ſi dꝫ auctio eſſe,qđ exemplo teſtatur,quēadmodũ eniꝫ ignis dupliciter ex lignis fit.Uno ꝗdeꝫ modo appoſitione lignoꝝ ad ꝑiacentem ignem.Et ſic eſt auctio.Alio vo mō accenſione lignorum ſeorſuꝫ,⁊ ſic eſt generatio,ita in noſtro ꝓpoſito caro dupl'r fit.Uno mō cõuerſiōe alimenti in Coñ.115.



A in nãm carnis ꝑexñtis,quo auctio eſt.Alio vo cõuerſiōe in nãm ſeparataꝫ.Et ſic eſt gñatio.Et ſic pꝫ quo mō auctio ſit,⁊ quo differat a generatiōe ipſa.verba patent.

recog̃nes. ❡Ex his repetit dñaꝫ iter gñationē ⁊ auctionē,vbi animaduerte,ꝙ cũ Ariſto.dicit ignē augeri,⁊ vinũ augeri, nō loqtur de auctiōe ꝓpria,q̃ eſt aiatoꝝ,ſed hęc ponũtur,vt exēpla.Nō eni valet hęc ꝯñtia,for° ignis ꝑfuit.g̃ auget̃,qm̃ forma ignis cõtinuo eſt alia,ſicut mã eſt alia. At in aiato aia eſt eadē ante ⁊ poſt auctionē,⁊ ꝓpea ſi ꝑfuit,⁊ gñat̃ in hoc,ſiue in hac mã ꝯiũcta priori mãę,ſeqtur ipſaꝫ augeri.

Q2 nō ſint necãrij pori in oſſe, aut carne. ❡Ex his pꝫ ꝙ nō eſt neceſſariũ ponere poros in oſſe ⁊ ꝑtib⁹ q̃ nutriunt̃,vt in illis recipiatur nutrimentum,ad hoc,vt fiat nutritio,⁊ auctio,vt ponit Auer.qm̃ ſicut nō opꝫ ponere poros in igne,vel vino ſi debēt augeri ex appōne aq̃,vel lignoꝝ,ſed ſufficit,vt lignũ vicinet̃ igni ⁊ aq̃ vicinet̃ vino,ſic nō opꝫ ponere po-

B ros in mēbro,ad hoc vt augeat̃,ſꝫ ſatis eſt,vt nutrimētũ per venas magnas ⁊ ꝑuas deferat̃ vſqꝫ ad mēbruꝫ, nã poſtq̃ꝫ vicinuꝫ eſt,virtute auctiua exñte in toto oſſe vel carne,potētia os vel caro fit caro,vel os,⁊ totũ mēbrũ auget̃ ſm oēm dimēſionē,vel ignis appoſito combuſtibili,virtute cõbuſtiua exñte in toto,auget̃ ſm oēm dimenſionē.Ergo nulla eſt poroꝝ neceſſitas,ad hoc,vt fiat nutritio mēbri vl' auctio,nec penetratio ſeqtur,qm̃ ſufficit vt humiduꝫ appoſitũ fiat vicinũ,⁊ ꝯtiguũ mēbro augendo.Utruꝫ vo ꝓpter aliam cãm pori ſint ponēdi, hęc queſtio eſt extra materiam,experientia enim docet poros eſſe,ſed ob alias cauſas,de quibus alibi.

Ant.c.116 ❡Quantuꝫ aũt,vniuerſale ꝗdem nō generat̃, quēadmodum nec aĩal qđ nec homo nec aliquid eſt ſingulariuꝫ.ſed vt hic vl'e,ita et illic,

C quãtũ.Caro igit̃ ⁊ os,aut manus,aut neruus, ⁊ horum homęomera,adueniente quidē aliquo quanto,ſed non carne quanta.

Dilucida°. te.c.eiuſdē ❡Quantuꝫ vo qđ quidem vniuerſale.non fit, quemadmodũ neqꝫ animal qđ non ſit homo, aut aliquod ſingulariũ,ſed ſicut hic,vniuerſale,⁊ ibi quãtũ.Caro igitur ⁊ os aut manus aut neruus ⁊ his ſimilaria,appoſito quidem iam aliquo quanto,ſed non carne quanta.

Coñ.116. ❡Dixit de auctiuo,deqꝫ agendo,ac de mō auctiui ⁊ agēdi,nũc de ſubiecto auctionis apponit.⁊ vult ꝙ ſubtũ auctionis nō eſt quãtũ abſtractũ a materia phyſica,nec forma ipſa,ſed cõpoſitũ habēs formã quantã,vt caro,⁊ os,⁊ cętera id genus,qđ probat ſic,ſicut vniuerſale ab-

D ſtractũ nō generatur nec vt ſubiectũ generationis,nec vt terminus gñationis,ſic nec quãtũ vniuerſale ſeparatũ a materia phyſica auget̃.igit̃ ſicut vl'e cõtractũ gñatur,ſic quãtũ ꝯtractũ ad materiã phyſicã auget̃(inquit) Quãtũ vo qđ quidē vniuerſale,nō fit,quēadmodũ neqꝫ animal fit vl'e qđ nō ſit hō,aut aliqđ ſingulariũ.L'ra greca ſic ſonat,lꝫ nō ſic formal'r dicat,vt pꝫ,ſed ſicut hic in gñatione vl'e fit.ſ.dũ cõtrahit̃,ſic ⁊ ibi quantũ auget̃ dũ cõtrahit̃ ad mãm phyſicã.Tũc cõcludit verũ ſubtũ auctionis.d.caro igit̃ ⁊ os,aut man⁹ aut neruus,⁊ his ſimilaria,q̃ ſunt ꝑtes formales,augent̃ veluti ꝓpa ſubta auctionis.Appoſito ꝗdē aliquo actu quãto vt cibo,ſed nō appoſita actu carne quãta,q2 cib⁹ nō eſt caro actu ſꝫ potentia,licet ſit actu quãtus.Et ſic patet ſubm auctionis.

recog̃nes. ❡In cõmentarijs diximus vno mō,at ſm Philoponuꝫ Ariſto.hic remouet q̃ōneꝫ,dictũ eſt eni ꝙ augumētatio fit corporeo,cõtra obyciet quis,augumētatio eſt gñatio quãti,oīs aũt gñatio alicui⁹ eſt ex nō tali vt gñatio albi ex nō albo,gñatio dulcis ex nō dulci,augumentatio eſt gñatio quãti.g̃ augumētatio erit ex nō tali,hoc eſt ex nō quãto,q̃re augumētatio nō ſit corporea.Rñdet ꝙ ſi generatio eēt vl'iuꝫ,oporteret vere ꝙ id qđ fit actu quãtũ aliqđ fieret ex nō quãto,qm̃ vo neqꝫ quãti vl'is,neqꝫ alterius cuiuſuis vl'ium gñatio eſt,nihil abſurdũ eſt vt id qđ fit quãtũ fiat ex quãto.Caro eni quãta non ex carne quãta fit,ſed ex cibo quãto,⁊ ita fit ex nō quãto tali.ſ.ex nō quãta carne,cuꝫ quo tñ ſtat,ꝙ fiat ex quãto cibo(inquit)Quãtũ aũt vl'e ꝗdem nō gñat̃,ſic enim oporteret fieri ex nō quãto ſimpl'r,quēadmodũ nec aĩal gñat̃,qđ nec ſit hō,nec aliqđ ſingulariũ aialiũ.Sed vt hic.ſ.in generatiōe aialis gñat̃ vl'e.ſ.gñatione alicui⁹ ſingularis,ita ⁊ illic quãtuꝫ gñat̃ ſingulare.ſ.qđ eſt caro,aut os.Tunc ꝯcludit reſpōſionē(⁊ inqt)Caro igit̃ ⁊ os,aut man⁹,aut neruus,⁊ hoꝝ homęomera adueniēte ꝗdē aliquo quãto gñant̃,ſed nō carne quãta.g̃ augumētatio q̃tenus eſt quãti gñatio,ē ex quãto,⁊ ex nō quãto,ex nō quãto quideꝫ tali,nã cũ auget̃ caro ex nō carne auget̃ q2 ex cibo, qui nō eſt caro,ex quãto vo ſimpl'r,qm̃ quantũ in eo qđ quãtũ nō fit.Aiaduerte(vt Philoponus inquit)ꝙ dñia eſt iter aĩal ⁊ corpus ſiue quãtuꝫ,nã aĩal fieri pōt ex non aiali,fit eni aĩal ex ſemine,qđ eſt nō aĩal ſimpl'r,at quãtum fieri nō pōt ex aliquo ſimpl'r nō quanto,qm̃ corpus vt corpus nō eſt gñabile,animal vt animal eſt gñabile, ideo aĩal fieri pōt ex aliquo ſimpl'r nō aiali,corpus autē ⁊ quãtũ fieri nō pōt ex aliquo ſimpliciter nō quanto,at nō corporeo.Quod autē corpus vt corpus nō ſit generabile,ꝓbat Philoponus,q2 corpus trine dimenſionatum eſt materię coęternum,⁊ ita cum Auerroe concordat de trina dimenſione ꝙ ſit coęterna materię.

E

F

G

❡Scđm id igitur ꝙ potētia vtrũqꝫ eſt.verbi gratia,quanta caro,ſic auget.etenim,quantaꝫ oportet generari ⁊ carnem.ſm autem ꝙ ſoluꝫ caro eſt,nutrit.etenim ſic differunt,cibus ⁊ augumentatio ratione. nt.c.117

❡Quatenus igit̃ quidem potentia eſt vtrũqꝫ, vt quanta caro,ipſum quidem auget.etenim quantam oportet generari ⁊ carneꝫ.quatenus vero caro tm̃ nutrit.nutrimentuꝫ enim ipſum ⁊ augumentum ratione diſcrepant. Dilucida°. te.c.eiuſdē

❡His actis,nũc quo differũt nutrimētũ ⁊ augumētũ declarat.idē eniꝫ ſm ſubtũ eſt nutrimētuꝫ ⁊ augumētũ,vt cibus.Ipſe eni qua rōne ē potētia quãta caro,eſt augumentũ ac obiectuꝫ potētię auctiuę.Qua vo eſt potentia caro tm̃ eſt nutrimētũ obiectũqꝫ potentię nutritiuę.Et hoc inqt.igit̃ cib⁹ qui gręce trophę nũcupatur,quaten⁹ ꝗdē potētia eſt vtrũqꝫ.ſ.caro ⁊ quãtũ,hoc eſt quatenus eſt potētia quãta caro,vt quãta caro,ipm̃ ꝗdeꝫ auget,⁊ gręce auxeſis.latine augumentũ,vñ augumētũ nō ꝓ auctione,ſed ꝓ obto auctiuę potētię ſumit̃,vt nutrimentũ eſt obiectũ potētię nutritiuę.Reddit rōne dicens,eteni quãtam oportet generari ⁊ carnem.igit̃ augumentũ debet eſſe caro quanta potētia.quatenus vo cibus eſt potentia caro tm̃,nutrit.Et ſic concludit,nutrimentũ eniꝫ ipſum ⁊ augumentum ratione diſcrepant.Uerbum gar gręce,multotiens vim habet illatiuam,vt hic. Coñ.117.

H

recog̃nes. ❡Scđm Philoponũ Ariſt.hic vult ponere dñam inter nutrimētũ ⁊ augumētatiuũ,⁊ vult ꝙ nutrimētuꝫ ⁊ augumentatiuũ ſint ſubto idē,differũt ſola rōne.Panis eniꝫ quo eſt potētia caro quanta,eſt augumētatiuum,qua vo ē potētia caro ſeorſuꝫ ⁊ abſolute eſt nutrimētũ ſiue nu-

I tritiuũ vñ dicit.Scðm id igiť ꝙ cibus.ſ.panis eſt potẽ
tia vtrũq;.ſ.caro quãta,ſic auget,⁊ dr̃ augumẽtatiuum.
Quatenus võ eſt potẽtia ſolũ caro,nutrit,⁊ dicitur nutri
tiuũ.Eteñ ſic differũt cibꝰ ⁊ augumẽtatio.ideſt ita diffe
rũt nutritiuũ ⁊ augumẽtatiuũ,ſicut differũt caro ⁊ quã
ta caro.Caro eniꝫ abſolute,⁊ quãta caro rõne differũt,
ſubito võ eadẽ ſunt:ſic cibus quo eſt augumẽtatiuum,⁊
quo eſt nutritiuũ ſubto eadem ſunt,ratione differũt,in
tellexit enim per illud verbuꝫ augumentatio,augumẽ
tatiuum,vt Philoponus exponit.

Ant.c.118 ¶Ideo nutritur qdeꝫ quouſqꝫ ſaluatur,⁊ qð di
minuitur,augumentatur autem non ſemper.

Dilucidaº.te.c.eiuſdẽ ¶Idcirco enutritur qdeꝫ quouſqꝫ vtiqꝫ perma
net ⁊ diminuitur.Augetur võ ſemp nequaquã.

Com.118. ¶Verbũ grecũ dio,q̃ꝫ latine ſit ideo vel ꝓpterea,ha
bet vim aliqñ confirmatiui aduerbij,⁊ ſic accipitur hic ꝓ
K ꝓpterea,⁊ tũc idẽ ꝓbat Ariſto.ſic,ſi augumentũ nõ differt
a nutrimẽto,tunc q̃ꝫ durat nutrimẽtũ,tã durat augumẽ
tuꝫ.Sꝫ h̓ eſt falſuꝫ,qð oſtẽdit dicẽs.Nutritur qdem quo
uſqꝫ viuens vtiqꝫ permanet,ſiue creſcat,ſiue diminua
tur.augetur võ ſemp nequaq̃ꝫ,ſed ſolũ vſqꝫ ad ꝯſiſtẽtiam.
igitur nutrimentum ⁊ augumentum differunt ratione.

recognes. ¶Scðm Philoponũ q̃ſi ſoluit ꝓblema,ꝓꝑ qd ſemper
vſqꝫ ad finẽ vitę aial nutritur,nõ autẽ ſemp augetur.Rñ
det,ꝙ tãdiu cibꝰ auget,⁊ aial augetur q̃ꝫdiu cibꝰ operatur
ſm vtrũqꝫ.ſ.ſm carnẽ ⁊ quãtũ,cũ võ ſm carnẽ tm̃,tunc
nutrit,⁊ nõ auget,nec aial augetur.vñ dicit.Ideo viuens
ipm nutritur qdem quouſqꝫ ſaluatur,⁊ etiam quouſqꝫ dimi
nuitur,hoc eſt vſqꝫ ad finẽ vitę.Augumẽtatur aũt non ſemp
niſi quouſqꝫ nutrimentũ operatur vtrũqꝫ.ſ.carneꝫ ⁊ quã
tũ,vñ( vt Philoponus inqt)cũ maius fuerit,qð diſſol
L uitur,q̃ꝫ id qð inſtauratur,nõ amplius cibꝰ auget,iterũ cum
fuerit ęq̃le,minime augetur.at cum id qð inſtauratur fuerit
maius,tũc cibꝰ auget,vt poſtea patebit,qꝛ võ nõ ſemp
cibus operatur vtrũqꝫ,ideo nõ ſemper vſqꝫ ad finem vitę
auget,qꝛ võ alterũ.ſ.inſtaurationeꝫ carnis vſqꝫ ad fineꝫ
vitę operatur,ideo ſemper nutrit.Cauſa võ,cur alterũ
tantum vſqꝫ ad finem operetur,dicemus.

Ant.c.119 ¶Et nutrimentuꝫ,augumentationi idem qui
dem eſt,eſſe autem aliud.Secũdũ eniꝫ ꝙ eſt
id quod aduenit:potentia quanta caro,augu
mentatiuum carnis eſt.Secundum autem ꝙ
ſolum potentia caro,nutrimentum.

Dilucidaº.te.c.eiuſdẽ ¶Igitur nutrimentuꝫ idem quidem eſt augu
mento,ſed eſſe eſt aliud.nam quatenus qdem
M ipſum adueniens eſt potentia quanta caro,il
lud quideꝫ erit canis auctiuum.quatenus võ
potentia caro tantum,nutrimentum eſt.

Com.119. ¶Verbũ grecũ καὶ,lꝫ latine ſit et,vel atqꝫ,quãdoqꝫ viꝫ
hꝫ illationis,⁊ accipitur pro igitur.Ideo videtur ꝙ Ariſt.nũc
inferat differẽtiã dictã ⁊ repetat cãm differẽtię(⁊ inqt)
Igitur nutrimentũ,ideꝫ qdeꝫ eſt augumento in ſubiecto,
ſed eſſe ſiue rõne eſt aliud,nam quatenus quidem ipſum
adueniens vt cibꝰ,eſt potẽtia quãta caro,illud erit car
nis auctiuum,⁊ dr̃ augumentũ.quatenus võ eſt potẽtia
caro tantũ,nutrimentum eſt,⁊ ſic nutrimentuꝫ ⁊ augu
mentum ſubiecto idem ſunt,ratione vero differunt.

recognes. ¶Repetit differentiam inter augumentatiuuꝫ,⁊ nutri
tiuum,⁊ vult ꝙ eadẽ ſubiecto ſint,ratione vero diffe
runt.Quo võ ad verba attinet,cum Ariſto.ait.Secun
dum enim ꝙ id quod aduenit,ſcilicet cibus eſt potentia
quanta caro,nõ intelligit( vt Philoponus iquit)ꝙ cibꝰ
ſit potentia quanta caro,ita vt ipſe non ſit actu quan
N tus,ſed intelligit,ꝙ non eſt actu quanta caro,tamen
propria quantitate eſt quatenus.

Ant.c.120 ¶Hoc aũt ſpẽs ſine materia,vt fiſtula,potẽtia
aliqua in materia eſt.ſilr̃,⁊ aliud qðcũqꝫ orga
num.Si auteꝫ aliqua aduenerit materia exi
ſtens potentia fiſtula,habens ⁊ quantum po
tentia,hę erunt maiores fiſtulę.Si auteꝫ am
plius facere non poteſt,ſed vt aqua vino ſem
per amplius miſta in fine aquaticum facit et
aquam,tunc diminutionem facit quanti ſpe
cies autem manet.

Dilucidaº.te.c.eiuſdẽ ¶Species võ ipſa ſine materia eſt,vt imate
rialis q̃dã potẽtia,in materia eſt.ſi itaqꝫ mate
O ria q̃dã aduenerit,q̃ ſit ptãte imaterialꝫ,hñſqꝫ
quãtũ ipꝫ potẽtia imateriales eiuſmodi erũt
maiores.Si vero non amplius agere poterit,
ſed veluti aqua vino ſemper plus miſta,tan
dem aquoſum agit ⁊ aquam,tunc diminutio
nem facit quanti,licet ſpecies maneat.

Com.120 ¶Dictũ eſt ꝙ augendũ tãgens cibum ſua forma ꝯuertit
ipſum in ſui ſpẽm ⁊ patitur ab illo,⁊ ita agit ⁊ patitur.ꝓpea
nũc declarat qualis ſit illa forma,qua mẽbrũ cõuertit ci
bum in ſuiſpẽm vt ſoluat hoc(⁊ inqt)Spẽs võ ipã mẽ
bri,quę eſt forma mẽbri,ſine materia eſt vt forma,at vt
imaterialis quędã ⁊ particularis potẽtia,eſt in materia.
Igitur forma mẽbri rõne qua forma ſine materia eſt rõne
qua potentia particularis eſt in materia,⁊ ſic rõne qua
forma agit in nutrimentũ rõne qua in materia eſt,patitur
P ab illo,⁊ ita nõ icõuenit agere ⁊ pati,alia atqꝫ alia rõne.
Hinc cõcludit diam iter auctionẽ,⁊ diminutionẽ,⁊ igt
(Si itaqꝫ)qð grece eſt de,ſed ſenſus eſt itaqꝫ.ſi itaqꝫ mã
quędaꝫ aduenerit,quę ſit poteſtate illa forma immate
rialis.hoc eſt quę ſit capax illius formę,ſit tamẽ ipſa ma
teria adueniens habẽs quãtũ in potẽtia vt mẽbrũ hoc
quę mã ſit quãta ⁊ talis potentia,q̃le mẽbrum in quo eſt
forma,ꝑtes imãles hoc eſt formales erũt maiores,nam
forma illã informabit mãm additã,⁊ reddetur totũ maiꝰ.
Si võ nõ amplius agere poterit reſtaurando maius q̃ꝫ
deperditũ ſit,ſꝫ ſit veluti aqua vino ſemp admiſta,quę
addẽdo ⁊ addẽdo tandẽ facit vinum aquoſum,⁊ totum
aquã,ſi inquã ita eſt,tunc diminutionẽ facit quãti,lꝫ for
ma ipſa maneat vſqꝫ ad finẽ vitę.¶Aiaduertẽdũ ꝙ ſi
cut vinũ per miſtionẽ aq̃ ſit ipurũ ⁊ minoris potentię q̃ꝫ
erat,⁊ tãdẽ tãta fiet admiſtio aq̃ ꝙ nõ põt ampliꝰ illam
Q cõuertere,ſed fit aquoſum ⁊ fit aqua,ita mẽbra ꝑ alimẽ
ti admiſtionẽ ꝯtinuã fiũt minus pura ⁊ ibecilliora,adeo
ꝙ aia nõ hꝫ vim cõuertẽdi,lꝫ habeat vim reſoluẽdi.In
de mors ſurgit,ꝓpter quã acquirũt impuritatẽ mẽbra.
hinc in educatione ipſa plures ſunt animę ſtatꝰ.Primꝰ
eſt,quãdo põt plus cõuertere,q̃ꝫ ſit deperditũ.⁊ hic ſta
tus eſt auctionis ipſaqꝫ ab aia ob mẽbrorum robur.Scðs
eſt,quo tãtũ p̃ciſe reſtaurat,quãtũ fuit reſolutũ,qui cõſi
ſtentię eſt.Tertius eſt,quo ꝓpter mẽbrorum impuritatem
plus reſoluit,q̃ꝫ poſſit reſtaurare,⁊ hic eſt vltimus.
¶Ex hoc cõſtat idem realr̃ eẽ nutrimẽtũ,augumẽtũ,et
minuimentũ.vt cibus ea rõne qua potẽtia caro vl̃ mẽ
brũ,eſt nutrimẽtũ.ea rõne qua potentia caro quãta,eſt
duplr̃ vel quãta minus,⁊ ſic eſt minuimẽtũ.Qua võ ra
tione eſt potẽtia quãta caro magis,ẽ augumẽtũ.Vtrũ
võ auctiua ⁊ diminuitiua potẽtia ⁊ nutritiua differũt re
a ratione



A a rõne ⁊ inter ſe ⁊ ab aia.in libro de aia perquiratur.Sũt
qui formã aiunt aliã eſſe poª mãlem vt eſt illa lapidis ⁊
ignis,⁊ hęc qꝛ nimis materię imerſa non poteſt de mã in
mãm migrare.Eſt ⁊ alia,q̃ eſt poª immãlis vt aia ipſa,q̃
ꝓpter eius immãlitatem poteſt migrare de mã in mãm,
hęc facit auctionem,q̃ res bona eſt,ſed nihil ad Ariſt.cũ
Qõ p̃ma inauctiõe eorũꝫ textus falſus ſit,vt pꝫ in noſtra trãſlatione.¶Cir
ca hęc q̃runt primo,vtrũ auctio ſit generatio,⁊ ꝙ ſic ar
guunt.p̃,qꝛ auctio eſt alicuius corruptio.igitur alicuiꝰ gene
ratio,qꝛ corruptio vnius eſt gñatio alterius.añcedẽs pꝫ.
qꝛ auctio eſt corruptio alimenti.¶Scðo,diminutio eſt
corruptio.igitur auctio eſt gñatio.ꝯñtia tenet,qa ſicut op
poſitũ in oppoſito,ita ꝓpoſitũ in ꝓpoſito.añcedens de
claratur,qa diminutio fit aliq̃ recedente.¶Tertio,auctio
eſt motus ad ſubam.nã per auctionẽ aliqua ꝑs ſubſtan
tię acqritur.Sed ois motus ad ſubam eſt gñatio.igitur au
B ctio eſt gñatio.¶In ꝯ̃riuꝫ eſt Ariſt.naꝫ ſuba non eſt di
mẽſio.igitur gñatio nõ eſt auctio,nec eꝯ̃.¶In hoc quęſi
to recentiores tenẽt ꝙ auctio eſt realis gñatio ꝑtis maio
ris ſubſtantię q̃ꝫ eſt deꝑdita,dũ tñ ipſa ſic fiat ꝙ pars q̃
generatur ꝑtibus q̃ p̃terierũt continuetur.hinc magis ad ge
nerationem dicunt,ſiue generationeꝫ in hoc vt dicebat
Ariſt.q̃ꝫ gñationẽ.¶Hãc põneꝫ ꝓbãt.p̃,ois ꝯuerſio nu
trimẽti in maiores ꝑtes corporis aiati,q̃ꝫ ſunt deperdite
eſt generatio.Ois cõuerſio nutrimẽti in maiores partes
corporis aiati,q̃ꝫ ſunt deperdite eſt auctio.igr̃ auctio eſt
gñatio.in tertia figura.maior pꝫ,qa illa cõuerſio eſt cor
ruptio nutrimẽti ⁊ gñatio partiũ.minor eſt definitio au
ctionis.¶Scðo,illud quo exiſtẽte eſt auctio ⁊ quo non
exiſtẽte non eſt auctio,oibꝰ alijs ſecluſis eſt vera auctio.
Sꝫ gñatio maioris ꝑtis aiati q̃ꝫ ſit deperdita eſt eiuſmo
di,vt pꝫ,igitur auctio eſt gñatio.Sic igitur ꝯcludũt ꝙ vna
met gñatio partialis ſit ad ſubam reſpectu ſubę q̃ ꝑ eaꝫ
C incipit eſſe.Et ſit ad quãtitatẽ in ordine ad totũ cõpoſitũ
qð per eaꝫ fit maius.¶Sꝫ hęc poſitio apud me eſt mã
ca,ac diminuta ⁊ falſa.Manca quidem,qa per hãc non
apparet vtrũ pars carnis maior,q̃ icipit eſſe per auctio
nem,incipiat eſſe per hoc ꝙ eius forma incipit eẽ,aut ꝙ
forma antiqua icipiat eſſe in mã noua eius.Falſa võ qa
apud Auerroem motus ⁊ terminus motus nõ differũt,
nec numero,nec ſpecie,imo ſunt idẽ realr̃.5.phyſicorũ.
cõmẽ.9.tũc arguo.vel acquiſitio quãtitatis eſt acquiſitio
ſubę.vel alia,ſi eadẽ.igitur ſuba erit quantitas.nam acqſi
tio rei eſt ipſa res vt dixi. Si alia,ſed acquiſitio ſubę eſt
gñatio ⁊ acquiſitio quantitatis eſt auctio.igitur auctio nõ
eſt gñatio.¶Scðo,q̃cunqꝫ ſpecie differũt ⁊ gñe conue
niunt p̃rimo nihil vnius eſt aliquid alterius,ſed gñatio
⁊ auctio ſunt motus ſpecie diuerſi genere cõuenientes.igr̃
nulla gñatio eſt auctio,nec eꝯ̃.¶Videtur igitur mihi eẽ di
cendũ queadmodũ de rarefactione,vt eni rarefactio nõ
D eſt vnus motus,ſed duo,vtpote alteratio ⁊ motus loca
lis,vt enim ad raritatem eſt,alteratio erit.vt võ ad vbi,
motus localis.Sic in auctione ſunt duę mutatiões,vna
eſt gñatio partis.Alia eſt acquiſitio quãtitatis ſub nouo
termino.gñatio partis nã p̃cedit qñtitatis acqſitioneꝫ,
nõ autẽ tꝑe,ſed ſunt ſimul tꝑe.Veruꝫ duę ſunt mutatio
nes.altera acquiſitiua ſubſtãtię q̃ generatio dicitur,altera
acquiſitiua quantitatis q̃ auctio appellatur.p̃cedit aũt ge
neratio ꝑtis ipſaꝫ quantitatis acquiſitioneꝫ,qꝛ ſuba p̃ce
dit accidens origine ⁊ tãq̃ꝫ ſubm.¶Sꝫ mox dubitabis.
primo q̃lis ſit illa generatio.vtrum.vꝫ.nouę formę vel
eiuſdem in noua mã.¶Secundo,vtrum ſucceſſiua an
momentanea.videtur enim ſucceſſiua,qꝛ quãtitas ſucceſ
ſiue acqritur.igitur gñatio ꝑtis erit ſucceſſiua.¶Ad has di
ci poteſt vt in lr̃a dixit Ariſto.ꝙ hęc gñatio partis,q̃ na
tura pręcedit auctioneꝫ eſt trãſmutatio qua forma mẽ
E bri non fit de nouo.Sed qua antiqua inducitur in noua
materia.Et ſic eſt gñatio in hoc,vt dixit Ariſtoteles.non
generatio ſimpliciter.¶Ad ſcðm dici poteſt,ꝙ forma
membri ſucceſſiue ingreditur materiam augumenti,nõ
quideꝫ ſucceſſione.vꝫ.continua,ſed diſcontinua.quoniã
minima naturalia augumenti ſucceſſiue corrumpũtur.
vꝫ.vnum poſt aliud.nullum tamen illorum ſucceſſiue cor
rumpitur ſed ſubito,⁊ ſm hoc ſubito ingreditur materiã
augumenti forma membri,ita nõ ſequitur ꝙ auctio fiat
ſubito.nam auctio fit poſt generationeꝫ partis membri
ex augumento extendendo tam partem nouam q̃ꝫ anti
quam,vt dicit Auerroes.Et ſic patet ꝙ auctio illa q̃ con
ſequitur conuerſionem alimenti momentaneam,ſubito
fit,vt illa conuerſio.quę võ conſequitur conuerſionẽ ali
menti factaꝫ pluribus momentis,eſt auctio ſucceſſiua q
F dem,ſed diſcontinua,⁊ hęc eſt ſententia Auerrois octa
uo phyſicorum.cõmẽto.23.vbi vult ꝙ ſolus motus lo
calis ſit vnus ⁊ ſucceſſiuus ac continuus.¶Ad rationes.
Ad primam maiorem concederem,ſed negarem mino
rem.nõ enim auctio eſt illa conuerſio nutrimenti,ſed cõ
ſequens ad conuerſionẽ,niſi qs abutatur auctione ꝓ to
to aggregato.¶Ad 2ªᵐ maior falſa eſt apð aliquos exi
ſtente hoie eſt riſibile,⁊ iſto corruptio corrũpitur ⁊ ecõtra,
⁊ tñ hęc nõ ſunt idẽ realiter.⁊ ſic maior falſa eſt.¶Rõ
nes principales in p̃ncipio q̃onis factę ſolutę ſunt ſimi
liter.¶Ad p̃mã pꝫ falſum eſſe añcedẽs.nõ enim auctio
eſt alicuius corruptio,ſed ad alicuius corruptionem ſe
quens.¶Ad 2ªᵐ ſimiliter diminutio nõ eſt alicuius cor
ruptio,ſed ad alicuius corruptionẽ ſequẽs.¶Ad 3ªᵐ pꝫ
auctionẽ nõ eẽ motũ ad ſubam primo,ſed ad quãtitateꝫ
conſequentem ſubſtãtiam.Hęc de quęſtione.
¶Conſequenter quęrunt,vtrum cuilibet quod augetur q̃
libet pars aucti eſt aucta.⁊ arguo ꝙ nõ,qꝛ vel ęqualiter Qõ ſcða G
omnes partes augerentur vel inęqualr̃.Si ęqualr̃.igitur
partes nutrimẽti ęqualiter inciperẽt motus ad partes,
qð patet eſſe falſum.Si inęqualiter,cum nõ magis vna
q̃ꝫ altera erit nulla aucta.Cętera argumenta omitto,qꝛ
cõmuniter ſcribuntur.¶In hoc quęſito quidam p̃ſtan
tes opinati ſunt omnes partes aucti augeri remotis im
pedimentis,ſed non eodẽ modo.nam partes poroſę au
gentur per intus ſuſceptionem,nam nutrimentuꝫ vt quã
tum ingreditur porum qui cedit ſibi,⁊ non fit penetratio.
at partes ſolidę augentur per penetrationem.naꝫ nutri
mentũ vt ſubſtantia penetrat illas quantitate illarum cor
rupta.Fundantur autẽ in vbo Auerrois,qui ponit vbiqꝫ
formas elementarias eſſe in quolibet pũcto miſto,quod
eſſe non poſſet,niſi ſe penetrarẽt,⁊ ſic penetratio ſuba
rum non eſt impoſſibilis,ſed bene penetratio quantita
tiua.Hanc poſitionem perſuadent,quia non poteſt ve
rificari verbum Ariſtotelis aliter,dicit enim.quęlibꝫ ꝑs
aucti eſt aucta,⁊ lꝫ hoc de poroſis pateat,de ſolidis nõ H
poteſt verificari niſi per penetrationem.
¶Sꝫ hęc poſitio ſtare nõ põt,qa duꝫ forma nutrimenti
penetrat in nutritũ vel ſimul cuꝫ ſua mã penetrabit vel
ſolũ forma penetrabit relicta mã ⁊ quantitate,nõ poteſt
dici ꝙ ſola forma relictis mã ⁊ dimenſione,quia tũc ma
teria ſtaret ſine forma,nec dici põt ꝙ mã penetret,quia
tunc dimenſio nõ eſſet coęterna materię,qa corrupta di
menſione penetraret.⁊ ſic mã aliquando expoliaretur a
dimenſione.¶Secũdo,ſi mã penetret,tunc duę mate
rię eſſent in eodem puncto membri,ac duę formę,⁊ ſic
membruꝫ eſſet in duabus ſpẽbus.¶Recentiores ferẽ
oẽs voluere q̃ꝫlibet aucti partem augeri remotis ipedi
mentis,ſed nõ vno modo auctionis,nam partes poroſę

I augeſ per intus ſuſceptionem,ſed ſolidę augētur p iuſtapōnē.Ubi aiaduerte ꝙ iuſtapoſitio qdā eſt quātitatiua,qdā alteratiua,qdā gñatiua.augeſ quidem arca per iuſtapōnē lignoꝝ quātitatiuā tm̄.augetur calor per iuſtapōnē calidi corporis adhuc mām alterantis illius ſubiecti.generatiua vo iuſtapōne augeſ ps ſolida.Nam poſtq̄ illud nutrimētum in poro eſt ſic receptū alteraſ a qualitatibus partis ſolidę circūſtātis,qua forma nutrimēti corrumpiſ.ꝛ de mā eius remanēte forma ſubſtantialis educiſ,quę eſt ſimilis formę ſubſtātiali pręexiſtenti,ꝛ ratione talis ſimilitudinis in ſpē illarum formarum,mā quę fuit nutrimenti continuatur materię formę pexiſtentis,ꝛ forma formę,ꝛ inde fit vnum maius,qḋ iterum per actionē caloris rareſit ꝛ poriſicaſ ꝛ iterū vt prius erit,ꝛ q̄diu hęc extendi poſſint(ſic ꝙ nō impediat nimia durities,pp terreſtreitatē ꝛ reſolonem mollium)tādiu fit auctio.Sic igiſ volunt q̄lib3 aucti partem
K augeri,poroſam qdem per intus ſuſceptionē.ſolidā3 vo per iuſtapōnē alteratiuā3,quantitatiuā,ꝛ generatiuā3. ❡Hęc poſitio quantū ad vnum ſtare nō poteſt.ait enim iuſtapōnem illam eſſe gñatiuam,qa pma forma alimēti deſinit ꝛ noua educiſ de potentia materię.hoc eni ſtare non pōt.primo,qꝛ Auerroes cōmē.38.voluit auctionem fieri per gñationē non formę ſimplr̄,ſed pro quāto trāſit ad nouam mām,ꝛ ſic voluit eē generationem p hoc ꝙ forma incipit,ꝛ in noua mā,non per hoc ꝙ forma icipit eſſe.❡Scḋo,forma educta ꝛ mā illius continuātur vel ppter cōſimilitudinē ſpeciei,ꝛ ſic oēs homines poſſunt eſſe vnus hō ptinuus.vel pp vnitatē formę,q̄ perat,ꝛ ſic non de nouo incipit eſſe,ſ3 de nouo incipiat nouam
mām iformare.❡Tertio,anima vegetatiua manet eadem numero,ꝛ nūq̄ fm aliquid ſui generaſ,ſed ipſa eſt
L materię coęua fm ſe ꝛ quodlib3 ſui,ſ3 nouā mām continuo informet in auctione ipſa.igiſ forma nō de nouo icipit eſſe.❡Propterea videſ eſſe dōm cum Auer.cōmē.38.vbi vult aliquas partes augeri per intus ſuſceptionē vt pori,alię ſolidę per iuſtapoſitionē alteratiuā3 ꝛ generatiuā,nō qdē nouę formę ſed antiquę in noua mā.Cum eni nutrimentū in poro attrahiſ a partibus circūſtātib⁹ alteraſ alteratione corruptiua ad quā3 ſequiſ formę ei⁹ corruptio ꝛ antiquę in illius mām inductio,ꝛ ſic gñatio eſt non per hoc ꝙ noua forma icipit,ſed ꝙ antiq̄ de nouo mām nouam incipit iformare.❡Tunc ad rōnes primę poſitionis p3 ſolō.v3.ꝙ omnes ptes augenſ,ꝛ nō p penetrationem,ſed poroſę per intus ſuſceptionē,ꝛ ſolidę per iuſtapōnem alteratiuā3 ꝛ corruptiuā.Ad illud de miſtiōe dicemus,attū dicimus,ꝙ elemēta corporea nec ſe penetrant in miſto vt corpora de pdicamēto ſubſtantię,nec vt corpora quāta,qꝛ vt diximus vna eſt materia
M oium formarū.elementariarū qdem vt diſpōnū.miſti vo vt vltimę ꝛ ſpecificę.❡S3 dices ſaltē erunt.qꝛuor formę ſubales in eodē puncto materię.igiſ ſe penetrabunt vt formę,ſ3 nō vt corpora.Dico ꝙ ſunt in eodē puncto,nō qdē3 informatiuę,ꝛ ſpecificatiuę,qꝛ nō informāt materiā,nec reponunt illam in ſpē.ſed diſpoſitiuę,veluti in vno pūcto materię ſunt calor,frigus,ꝛ cętera,ꝛ tm̄ nō ſe penetrāt,qa diſponūt tm̄ ꝛ nō informāt.Uel cōcedi pōt illas formas ſe penetrare in hūc modu3,quo vna diſponat ad alterā in eodē puncto materię.Ueru3 penetratio hęc ęquiuoce diciſ,cū vera penetratio nō ſit niſi corporu3.❡Ad rōnē in pncipio dōm ꝙ cęteris parib⁹ ꝛ ablatis oib⁹ īpedimentis oia mēbra ęqualr̄ pportionalr̄ augenſ.Abſolute tm̄ vnu3 maius altero.Uez pp tres cauſas pñt non ęqli pportiōe augeri vel nutriri.Prio,pp infirmitatē,vt ſi pori eēnt opilati,vt p3 in cōtractiōe mēbri ꝛ lmieticis.Scḋo,pp ſitē.nā vbi quis multu3 coiret multū de nutrimēto iret ad vaſa ſeminaria,ꝛ virga magis increſceret q̄ cętera mēbra.Tertio,pp inęqualitatē caloris.nā vbi plus caloris eſt,ibi maior fit attractio,qꝛ ibi maior reſolutio.Et ſic patet ad rationem. N

Q̄ō 3ª ❡Cōſequēter 3° q̄rūt.Utrū in auctione maneat idē totu3 ante ꝛ poſt.Et videſ ꝙ nō,qa cōtinuo ptes reſoluuntur. ❡Rñdent qdā recētiores ꝙ in plantis ꝛ brutis,manet idē nūero nō ſimplr̄,ſed p ęqualentiā vti fluuius ꝛ aer. At in hoīe ſolo manet ide3 numero añ ꝛ poſt,nō ſimplr̄
Pria pō. fm ſe ꝛ q̄ōlib3 ſui,ſed fm pncipalē partem.❡S3 ꝫ arguiſ p̄,qꝛ tūc nō eēt dīa iter auctionē aiatorū ꝛ inaiatorū,ꝛ ſic vinū augereſ vera auctiōe in cōuerſione aquę,ꝛ ignis in pverſiōe lignoꝝ.ꝫ Ariſtotele3 hic.❡Scḋo,tunc ſolus hō augereſ vera auctiōe,qa ſolus ipſe manet fm principaliorē ptē,hoc aūt eſt ꝫ eos,dicētes auctionē hominis eē miraculoſa3.❡Tertio,tunc forma mēbri non O extēderet ſe in nouā mām,ſed noua educeretur,ꝛ ſic auctio nō differt a gñatiōe vera.ꝫ Ariſto.in lr̄a.❡Quarto, hoc eſt ꝫ Auer.cō.38.vbi vult auctionē effici p forē antiquę extēſionē.❡Alij Iuniores voluere ꝙ planta ꝛ bru
2ª pō. tum manēt ita bñ eadē p totū tēpus vitę ſuę ſicut hō,qm̄ formę ſubales manēt eędē abſq̄ acquiſitione ꝛ deperditione alicuius ptis.Nō tm̄ manet eadē mā nūero,niſi per ęquiualētiā,nā ptes materię cōtinuo fluūt ꝛ refluūt.nō aūt ptes formę,ꝛ ſic in auctione idē manet fm formā,qꝛ eadē aīa vegetatiua,non tm̄ fm mām,qꝛ mā ptinuo fluit. Et ita manet idē fm formā.hoc eſt,ꝙ pncipalior eius ps manet,nō tm̄ idē nūero ſimplr̄ fm ſe ꝛ q̄ōlib3 ſui.❡S3 ꝫ arguiſ.p̄,partes materię plantę cōtinuo corrūpunſ.igiſ partes formę,nā vt tota corrūpiſ ad totius materię corruptionē,ita ps formę ad corruptionē partis materię,qa tota eſt in toto,ꝛ ps in pte,ꝛ ita ſicut tota deſinit deſinēte tota mā,ita ps formę deſinēte pte.deſinit formę pars.
P igiſ in auctiōe eędē reſtaurabunſ,aliter in auctiōe deperditū non reſtaurabiſ.❡Scḋo,pōt forma cōtinuari.formę.igiſ pōt gñari ꝛ effici vna cū forma totius.añs patet. Inſeraſ pirus in piro,facta iſertione,pirus eſt maior,et per formā aliā a tota q̄ perat.igiſ auctio poteſt effici per formę nouę generationē.❡Tertio,in diminutiōe cōtinuo corrumpiſ forma plantę.igiſ in auctione ptinuo generaſ,tenet pñtia,qꝛ diminutio ꝛ auctio circa ide3 ſunt. antecedēs p3,qꝛ diminutio eſt reſolutio materię.igiſ reſolutio formę,q̄ illi coextendeſ.❡Animaduerte ꝙ hęc ſecūda poſitio pro tanto eſt falſa,pro quanto vult poſſe totā materia3 ēt radicalem differre,ꝛ remanere eadem
3.pō formā3 plantę.❡Alij dixerūt ꝙ forma eſt triplex.q̄da3 informās,idiuiſibilis,ꝛ idepēdēs,vt rōnalis aīa,q̄ informat mām,ꝛ eſt tota in toto,ꝛ tota in q̄lib3 pte,ꝛ non dependēt a corpe.Quędā iformās idiuiſibilis,ſ3 dependēs,
Q vt aīa bruti pfecti,vt bouis aut ęq.Hęc eni iformat ꝛ eſt tota in toto,ꝛ tota in q̄lz pte.ſed depēdet,ideo corrūpiſ ad corruptionē cōpoſiti.❡Tertia eſt iformās depēdēs ꝛ diuiſa p totu3,ſic ꝙ eſt tota in toto,ꝛ ps in parte.vt aīa plantę.Tūc dicūt ꝙ in hoīe ꝛ brutis idē manet numero in auctione fm formam,ꝛ in plantis nō,qa illa forma eſt tota in toto,ꝛ pars in parte,ꝛ ita deſinūt ptes deſinētib⁹ partib⁹ materię.❡Scḋo dicūt,ꝙ in plantis manet idē fm ęquiualentiā.vt fluuius ꝛ aer.ꝛ per hāc diſtinctionē
Pō ppā. volūt poſitiones eē pcordes.❡S3 hęc poſitio ſtare nō pōt per rōnes factas cōtra pmā.❡Ideo p nūc cū ptēſtatione dicēdi aliter teneo ꝙ tā in plātis q̄ in brutis aīa eſt extenſa apud Auerroe3,qa omnis forma materialis eſt extenſa.❡Secūdo,qa recipiuntur mediantibus dimenſionibus interminatis.igitur extenſa.vt in libro de ſubſtantia

A ſubla orbis.ꝛ ſic ſola anima rōnalis eſt in toto idiuiſibilr̄ fm veritatem.❡Ad rōnes.Ad pmā dicerem ꝙ ptē materię cōtinuo corrūpi,ꝛ nō partes formę.nam deficiente mā,forma manet in reliquo materię.vel ſi corrumpitur etia3 partes formę nō ppea generanſ nouę,ſed priores extenduntſ,ꝛ ſiunt in pluri mā,q̄ pręerant.❡Ad ſcḋam dicerem illam partē nunc effici vere continua3,ſed con tiguam,ꝛ propterea ſumit ab illa nutrimentu3,vt planta facit ex terra.❡Ad 3am reſpōdetur ꝙ in auctione cōtinuo generanſ,non tamen per hoc ꝙ partes formę incipiant,ſed bene incipiunt nouā informare mām.aliter non eſt ſimilitudo.❡Ad argum in principio p3 ſolō.
Q̄ō 4°. ❡Conſequenter q̄runt.Utrū auctio fiat fm ptes formales tm̄,videſ ꝙ nō,pmo,qa forma vini in auctione reddiſ maior.igiſ eius mā,ꝛ ſic ita fm mām fiet auctio,ſicut
B fm formā.Scḋo,partes q̄ adueniūt vino,adueniūt cu3 mā vel ſine mā.ſi cum mā.igiſ ſicut forma augeſ per aduētū formę,ita mā augebiſ p aduentu3 materię.Tertio non ſolum forma augeſ,ſ3 totū cōpoſitū.igiſ augeſ mā ꝛ forma,cu3 cōpoſitū nō ſit aliud q̄ ſuę ptes ſimul iunctę.
Pō Alex. ❡Ad oppom eſt Ariſto.Alexā.ꝛ Auerroes ꝛ omnes. ❡In iſto q̄ſito grauiſſimo ſunt multę ꝛ inumerę poſitiones.Ego vo recitabo famoſiores.Alexāder quez Albertus pluribus ſectaſ in locis,voluit in vino ipſo ptes eē in duplici dīa.Quędam.v3.q̄ hñt humidu3 nāle,ſiue radicale,ſiue ſeminariū.ꝫ eſt qdā ſunt,quę ſunt hūidu3 ipm coagulatū ad modū ptiū.alię vo ꝙ hñt humidu3 cibale,hoc eſt,quę ſunt ptes coagulatę ex hūido nutrimētali.Primę formales dicunſ,qa aīa ipſa principalr̄ veluti in ſubto p eſt in illis,ideo illis,corruptis.corrūpiſ ꝛ aīa.Quapp ſemp manet vſq̄ ad finē vitę ſ3 non remaneāt ęque humidę hūore illo nāli,vti perāt.cętere ptes
C q̄ coagulamēta ſunt humoris cibalis māles dicte ſunt, qa in eis forma vitalis nō per ſe exiſtit,ſed p accñs,pro quāto ſunt ptinuatę ptib⁹ radicalib⁹.Tūc volūt auctionem effici fm ptes formāles mō dicto,non aūt fm ptes
Argum ꝫ Alexādri. ſcḋo mō acceptas.❡Sed cōtra hāc inſtant.pmo,qꝛ nō q̄libet pars aucta eſſet aucta,qꝛ ptes illę humidę humore nāli remaneant eędem ſemp,ipſę nō augebuntur nec diminuenſ,cum nihil illarum corrumpaſ,qꝛ durāt vſq̄ ad finem vitę.❡Scḋo,videſ ꝙ hę nō remaneant eędem,nā ptinuo calor agit in illas reſoluēdo.igiſ ſemp earu3 aliquid deperdiſ.❡Tertio,tunc duo corpora ſe penetrabunt.nā3 partes humidę nouę penetrabūt partes radicales antiquas.❡Quarto,tūc multę partes eſſent in animali non aiatę,vt partes humidę nouę.
Defenſio D ❡Hęc ſunt fortiſſima argumenta ꝫ Alexandrum.Quidam defendunt hāc.ꝛ ad pmā reſpōdēt ꝙ argm pcludit verū.nō eni illę ptes eēnt auctę per intus ſuſceptione3, oēs tm̄ ſunt auctę per iuſtapōnem qua facta totū maius reddiſ.❡Ad 2m volūt humidū radicale nunq̄ conſumi ſed effici cōtinuo impurius ꝛ iproportionatū,ꝛ ſicut fm eēntiam perdurat durāte vita,nō aūt fm puritate3 quā primo accepit.❡Ad 3m dōm ꝙ nō,qa nō fit auctio per penetrationem,vel intus ſuſceptionē ſed per iuſtapoſitionem.❡Ad 4mconcedunt multas eē ptes in aiali nō aīatas nec viuas,qa nō dicunſ partes proprię.
Uera Alexādri ipugnatio. ❡Sed pace iſtorū dixerim,ſ3 hęc poſitio poſſit defendi ab eoꝝ cauillis,nō a rōnibus Auerrois.ex cōmento eni3 colliguntſ tres rōnes fortiſſimę.❡Prima,data poſitione Alexādri,tūc auctio eē quātitatiua ꝛ nō formalis.Cōſequentiam deduxi,qꝛ erit pro quāto partes addunſ ptibus,ꝛ nō per hoc ꝙ ptes agūt in ptes ꝛ recipiūt a partibus.hoc incōueniēs religt ex textu,vbi dixit auctionē non fieri per quātitatiuas partes,qꝛ tūc auctio eſſet vt pmiſtio vini cum aqua,vbi vinu3 reddiſ impurius.colligiſ hęc rō in textu cōmēti.39.❡Secūda rō eſt,ꝙ tunc auctio eſſet abſq̄ actione ꝛ paſſione,ꝛ ſic nūq̄ nutrimētum fiet ſimile nō ipſi aucto,qa ſemp partes humidę nouę reſtarēt alię a partib⁹ radicalibus,ſicut ptes aq̄ in miſtura cū vino.Colligiſ hęc ratio textu cō.38.❡Tertia,non omnia membra ſunt mollia vt oſſa ꝛ cartilagines.igitur nō poſſunt augeri per accumulationē ipſorū. vel admiſtionem,niſi per conuerſionem.Ad hęc nemo poteſt ſoluere niſi neget Ariſtotelem,ꝛ ſic non eſſet exponere Ariſtotelem ſed euertere. E
❡Recētiores differūt p ptes formales Ariſto.itelligere partes poroſas.p māles vo partes ſolidas.Illę formales dicunſ:qꝛ ſenſibiles hę māles qꝛ inſenſibiles,quandogdē ſint diuiſibiles in infinitū,vel ifinitę modicę. Pō recentiorum.
❡S3 ꝫ obijciūt.pmo,qꝛ potius partes ſolidę videntur formales,qꝛ pfectiores,nā poroſę ſunt diminutę expectantes pfici per nutrimētū,ſolitę ſunt plenę,ſed eē pfectius eſt forma impfectioris.3° de aīa.cō.36.❡Secundo,ptes ſolidę hñt ita bñ formā vel forte melius q̄ poroſę.igiſ ęque bene formales erūt ſicut poroſę.❡Tertio,vel pars poroſa diciſ ſenſibilis ꝛ illa iſenſibilis,quia poroſam h3 aīam,nō poroſa non hab3,vel qꝛ eſt maior. primū non pōt dici,qm̄ anima eſt inſenſibilis.igiſ nulli eſt cauſa ſenſibilitatis.nec 2m dici poteſt,qꝛ aliqua ſolida eſt maior poroſa.igitur illa erit forma,quia eſt ſenſibilior.❡Quarto,tunc nihil augeretur,qꝛ non pars poroſa,cum illa tātu3 recipiat quantū eſt necnon poroſa, quia illa nihil ſuſcipit.❡Quinto,tunc auctio nō eēt motus ad quantitatem ſed ad formā genitam in poro. F Obiectiōn.
❡Sed ſ3 poſitio hęc ſit falſa,argumēta hęc non valent. Defenſio
❡Ad pm dicerent,ꝙ ideo pars poroſa eſt formalis,qꝛ ſenſibilior,poteſt tm̄ dici nālis alia rōne,ſed Ariſto.eam vocat formalē qd illū ſenſum.❡Ad 2m diceret,ꝙ quātu3 eſt de forma formę totius forte partes ſolidę eēnt formaliores.Sed Ariſto.vocat illas formales hoc eſt ſenſibiliores.❡Ad 3m dicēdū,ꝙ pars poroſa dicitur ſenſibilis,quia non poteſt eſſe minor minimo,ꝛ ſic quęlib3 ſenſibilis eſt.partes ſolidę dicunſ inſenſibiles,quia nō oēs aptę ſunt ſentiri,qꝛ infinitę modice pe ſſunt eē.Et ſic illę dicunſ inſenſibiles,qa vt ſic nō oēs aptę ſunt ſentiri.hę poroſę ſunt ſenſibiles,qꝛ omnes vt ſic aptę ſentiri,cum vt ſic nō poſſint eē minores minimo.❡Ad 4m p3 ſolutio,poroſę eni augenſ per intus ſuſceptionē,alię per iuſtapoſitionē alteratiuā ꝛ gñatiuā,ad qḋ ſequiſ totū eſſe maius ꝙ erat.❡Ad 5m patuit ſolutio.fm enim iſtos auctio eſt motus ad formā maiorē q̄ fuerit depdita,apud me eſt mot⁹ geminus.vnus gñatiuus alter auctiuus. G
❡Et ſ3 hęc argumenta nō cōcludant,tamen hęc poſitio eſt contra Ariſtotele3.pmo,qꝛ partes formales ideo augeri dicuntur,qꝛ remanent.vt textu cōmēti.36.Sed hę pori non remanentſed fluunt ꝛ refluunt.❡Secūdo auctum agit in augumentum ſibi illud aſſimilando,vt dicitur textu cōmēti.38.ſed pori non agunt cu3 ſint vacui forma.❡Tertio,auctum eſt actu illud qḋ nutrimentū eſt potentia.Porus nihil eſt actu,cu3 ſit priuatus forma ꝛ vacuus.maior eſt dicta textu cōmē.39.❡Quarto,caro ꝛ os ꝛ id genus augentur.tex.cōmēti.40.ſed porus nō eſt caro,ſed carnis vacuitas.nec os ſed oſſis pnatio. igitur nō augetur.❡Propter hęc mihi videtur eſſe dicendum cū Auerroe.cōmento.38.vbi debes ſcire ꝙ aliquod dicitur augeri tanq̄ ſubiectum ſubſiſtens ipſi auctionis,qua ratione totum animal augetur ꝛ pars animata vt compoſita augetur.aliud augetur tanq̄ ſubiectū exiſtēs,ꝛ hoc modo forma ipſa vegetatiua in plātis H Cōfirmōnis. Pō Auer.

I augetur, ꝛ ſenſitiua in aĩali. nã ꝑprie forma recipit extẽ
ſionez, ꝛ per hoc ꝙ fit in pluri mã, q̃z erat prius. ¶ Se-
cũdo aĩaduerte ꝙ forma ipſa vt aĩa eſt ſubtũ auctionis,
terminus auctionis, ꝛ agens auctionẽ. ſubiectũ q̃dez, qꝛ
ipſa eſt q̃ extendit̃, ꝛ qua totũ cõpoſituz dicit̃ auctũ. ter-
minus v̾o, q̃a tanta aggenerat̃ extẽſio in mẽbro, quãtaz
ſibi limitat forma illa de nouo iducta in pluri materia.
Agens v̾o q̃a in mãm proximam attractam in porum ꝑ
qualitates ſenſibiles agit tãdiu, q̃zdiu forma nutrimenti
ꝛ ipſa in illius mã inducit̃, nec hęc vni cõpetere eſt im-
poſſibile, q̃a eſt ſm̃ diuerſas rationes. ¶ Ulterius ani-
maduerte ꝙ apud Auerroem omnis aĩa mãlis extenſa
eſt per totũ, qꝛ ipſa eſt tota in toto, ꝛ etiã pars in parte,
quod etiam credit de anima hominis, quę dicit̃ cogita-
tiua, grece dianoetica, quicq̃d velit de aĩa itellectiua
ſiue noetica. Tunc ſequit̃ ꝙ Ariſt. per formales partes
carnis intelligit partes aĩę quę ſunt in partibus. per ma
K teriales v̾o intelligit partes materię, quę ſunt ſub parti
bus formę. Unde imaginandũ eſt ſm̃ partes formales
effici auctionem pro quãto alimentũ receptuz in poris
a partibus animę circunſtantibus alterat̃, ꝛ inde forma
alimenti ſucceſſiue diſcontinue corrumpitur, ꝛ inde ani
ma illa ſucceſſiue efficit̃ in pluri materia, ꝛ vt ſucceſſiue
fit in pluri materia, ſic ſucceſſiue illa pars poroſa exten
dit̃, ꝛ ſic fit totum maius. ¶ Sed contra hanc poſitionẽ
arguũt. p̄rio, qꝛ Ariſtoteles loquit̃ de augeri, ꝛ vult par
tes formales augeri, ꝛ ſic vult pati auctionez. ſed forma
agit auctionez. igit̃ nec forma nec pars formę põt auge-
ri. ¶ Secũdo, accipiat̃ aliqua pars materię quę per re
ſolutionẽ viui reſoluat̃ ꝛ vocet̃. a. tunc. a. materia parte
aliqua formę fuit informata, ꝛ illa iaz nõ eſt informata,
vt patet. igit̃ vel illa pars formę remanſit in alia mate-
ria, ꝛ ſic migrat de ſubiecto in ſubiectuz, vel non tranſit
L ſed corrumpit̃ ſimul cum parte materię, ꝛ ſic nõ perma
net, vel manet in nulla mã, ꝛ ſic forma ſine materia erit.
¶ Tertio, tunc aĩa vegetatiua tota migraret de ſubie-
ctio in ſubiectuz vt fuit deductum in expoſitione cõmẽ.
38. ¶ Quarto, hac poſitione data mã adueniens in qua
extendit̃ forma penetraret materiaz vel dimẽſio corrũ-
peret̃. ¶ Quinto, diſpoſitio qualitatiua quę poteſt cor-
rũpere formã nutrimenti attracti poteſt educere nouã
formam de potentia ad actuz. igit̃ corruptis omnib⁹ di-
ſpoſitionibus facientibus pro forma nutrimenti, educet̃
noua forma in illius materia, quare erunt duę formę in
materia, vtpote forma d̾ducta ꝛ forma iducta. vz. pars
vegetatiuę. ¶ Sexto, tũc ignis poſſet vera auctiõe au-
geri, qꝛ ſibi addito combuſtibili põt per qualitates ſuas
actiuas formã cõbuſtibilis corrũpere, ꝛ tũc eius forma
poſſet effici in pluri mã vt in mã vbi corrupta eſt forma
cõbuſtibilis. vel ſi non, det̃ cauſa q̃re non. ¶ Septimo,
M rõnalis aĩa ſm̃ veritatẽ eſt indiuiſibilis. igit̃ non extenſi-
bilis in pluri mã, ꝛ ſic auctio non eſt formę, prout extẽ-
dit̃ in pluri materia. ¶ Octauo, ſi ſic. tũc pars aucta nõ
eſſet maior in fine auctionis, q̃z antea, ꝓbat̃. nam in tãta
materia ſe facit ꝑs formę quãtã capit porus, ſed porus
non eſt maior poſt q̃z añ. igitur nec forma erit maior.
¶ Hęc ſunt meliora argumẽta q̃ fieri ſolẽt ꝯ Auerroez.
Multa alia fieri ſolent, q̃ ꝓpterea qꝛ cõiter ſcribuntur,
ſumq̃z in alijs occupatus, nũc ad primũ reſpõſum eſt, ꝙ
vz. forma agit auctionẽ, ꝛ patit̃ auctionez, vt enim for̃a
quibuſdaz qualitatibus affecta agit. vt v̾o apta effici in
pluri mã, recipit extẽſionẽ. vt diximꝰ. ¶ Ad 2ᵐ dicẽdũ,
ꝙ ꝑs formę q̃ erat coextẽſa parti materię reſolutę, deſi-
nit eẽ pars, nõ tñ deſinit eſſe. cũ enim forma ꝛ pars for-
mę nõ ſit partita ac diuiſa, niſi qꝛ recipit̃ in mã mediãti-

bus dimenſionibus. igitur ceſſante materia, ceſſat par- N
titio, nõ tñ ceſſat ipſa, qꝛ nõ ceſſat maior pars materię.
¶ Ad 3ᵐ iã diximus nõ eẽ incõueniẽs aĩam vegetatiuam
totã migrare de ſubto in ſubto non total̃r. nam añ augu
mẽtũ erat in ſubto alio ſm̃ quid a ſubto in quo erit in fi-
ne augumenti, nõ tñ eſt aliud ſimpl̃r ſed ſm̃ q̃d, idez tñ
ſm̃ maiorẽ partẽ. vt diximus in alia q̃one. ¶ Ad 4ᵐ di-
